Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quinto die Iouis Quadragesimæ: Homilia Trigesimaprima. De filio viduæ. Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim &c. Luc.7,

urn:nbn:de:hbz:466:1-53104

Visual Library

*ipſius plenitudinem ſignat in anima confitentis: nam quod de proprio ineſt, in quantum eſt, gratiam illi cedere neceſſe eſt, Deeſt gratiæ quidquid meritu deputas.* Hoc dato principio diſputationem aggreditur contra vitium voluntatis aſſertores: quam volunt ipſi eam eſſe, vt cum eis ſe ad bonum determinet; ſic vt non fateantur, nec agnoſcant quòd iſta determinatio opus ſit diuinæ gratiæ deputandum. Loquatur iterum & finiat
D. BERN. D. Bernard. *Nolo meritum, quod gratiam excludit. Horreo quidquid de meo eſt, vt ſim meus, niſi quod illud forſitan magis meum eſt quod meum facit. Gratia reddit me mihi iuſtificatum gratis, & ſic liberatum à ſeruitute peccati.* Diuinis applaude verbis. Et ſi tibi difficile huius operis videatur eſſe myſterium: illud attende in eo quod Dominus facit in hoc cæco. Primum dilectus amoriſque diſcipulus ad hoc attēdit: quòd prætereiens Ieſus viderit illum, fixiſque oculis aſpexerit: dum ille ſui viuit immemor. Hinc ortum eſt, vt ille iam Chriſtum attenderit, factus illi obediens, ſeruans & implens eius mandatum, recta tendens ad fontē Siloe, in eoque ſe abluens. En hic illud: *Dilectus meus mihi, & ego illi,* ſed nunc inuerſo modo. Intendit illi cæcus diuina eius gratia roboratus, miraculi factus prædicator, & omni ſtudio conatus, vt auctoris ſui honori conſuleretur, nec non eius contra inimicos acerrimus ſtetit propugnator. Tandem adeſt illi Dominus vltimam illi tribuens perfectionem, dum illi ſeipſum in templo, quis ſit, manifeſtat. En hic illud: *Ego dilecto meo & ad me conuerſio eius.* Sit in æternum benedictus, & ſua nos diuina reſpiciat miſericordia vt in ipſum pariter reſpiciamus, oculos ſuos noſtris ſuperponat, vt per hos illi illuminentur, & ſic eius nos amore, & obſequio ferueamus vt hæc nobis ſit cura principalis; qua ſeruiamus illi, honoremus illum, & adoremus illum proni in terra hic per eius gratiam vt eum in cœlo videre per gloriam eoque frui valeamus. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ TRIGESIMÆPRIMÆ SEQVENTIS.

REFERT glorioſus Euangeliſta Lucas miraculum celeberrimum, quod
Dominus noſter operatus eſt ad introitum vrbis Naim, adoleſcentem
reſuſcitans defunctum, quem efferebant ſepeliendum: ad quinque pun-
cta reducitur. Primum oſtendit Domini benignitatem. *a.* eiuſque pru- *a* §. 1.
dentiſſimū proceſſū inſtar ſolis, *b.* cuius prouidentiæ caſualis non fuit *b* §. 2.
hic occurſus defuncto. *c.* Secundum explicat, qua ratione nobis vt expertiſſimus *c* §. 3.
medicus ſalutarem præſcribat medicinam, quam per oculos recipiamus, hunc obii-
ciens defunctum, qui ad viſum prædicat. *d.* & docet nemini vitam eſſe ſecuram. *e.* id- *e* §. 5. 6. 7.
que indubium eſt: etenim mors iuuenibus proximior eſt, quàm ſenioribus. *f.* Ter- *f* §. 8.
tium nobis exponit curam habendam de ſepeliendis mortuis, ſaltem ad contegen-
dum eorum puluerem. *g.* Mos erat antiquis illos longiùs efferre ad ſepulchrum: *g* §. 9.
etenim corpora defunctorum rem æſtimabant contagioſam, cum non niſi maximā
adferant ſalutem. *h.* non ſunt defunctorum corpora coruis proiicienda, ſed honeſto *h* §. 10.
contegenda tumulo. *i.* & de hoc non parū ſoliciti ſunt Chriſtiani, multis de cauſis. *k.* *i* §. 11.
nec minoris eſt cōmodi ea in Eccleſijs ſepelire. *l.* Quartò cognoſcimus qua ratione *k* §. 12.
mater ploret vidua iuſtiſſimas ob rationes. *m.* Dominus autē eius miſeretur, cuius ſta- *l* §. 13. 14.
tus, quamuis miſeriis ac calamitatibus abundet, Deo tamen gratiſſimus eſt, ſi vidua
talis ſit, qualem eſſe conuenit. *n.* Incipit eam conſolari dicens, ne fleueris: hæc ratio *n* §. 16.
parentibus omnibus proponi poteſt in chariſſimorum pignorum obitu. *o.* Quintò *o* §. 17. 18.
deſcribitur, qualiter aggreſſus ſit filij vnici reſuſcitationem, extendens nimirum ma-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num ad feretrum, vt portiores pedem ſiſterent, erudiens eos, quibus incumbit reſuſ-
p §.19.20 citare peccatores mortuos. p. & quomodo ſola mandati ſui potentia iuuenem in vi-
tam reduxerit, ſe verum oſtendens Deum, & in adſtantibus effectus producens om-
q §.21.22. nino ſingulares. q.

§. 1. *Eximiam in Traiano laudauit D. Gregorius erga viduam benignitatem: ſed hanc Chriſti erga præſentem viduam miſericordia ſuperat.*

§. 2. Ibat Ieſus. *Procedit hoc in itinere Dominus, ſicut ſol, & in meridie curſum cohibet.*

§. 3 Cum appropinquaret. *Non fuit hic occurſus caſualis, ſed à Domino præſtitutus: cui nihil ſuccedit fortuitò.*

§. 4. Ecce defunctus &c. *Proponit Euangeliſta hunc defunctum ad oculum prædicantem: tanto maiori efficacia, quanto mouet efficacius id quod videtur, quam quod auditur.*

§. 5. Ecce defunctus. *Verba hæc Recipe continent ſalutis, quod nobis Lucas medicus diuinus præſcribit.*

§. 6 *Vmbris bonorum & diuitiarum ſæculi conatur diabolus hominibus abſcondere memoriam horamque mortis, vt eius immemores in peccato perſeuerent.*

§. 7 Ecce defunctus. *Iuuenis erat. Vitam nemo ſecuram habet, primo ex parte Dei: qui eam pro beneplacito largitur, & procedit cum vncino Amos & manu Balthaſſar.*

§. 8. *Secundo: parum ſecura eſt vita ob materiam, & ſi pictura fallat, ſaniora docet columna, & nauis S. Machabæi.*

§. 9. *Morti vicinior eſt iuuenis, quàm ſenex: videtur hoc paradoxum: Verum hoc adſtruit ratio diſcurſu notatu digno.*

§. 10 Defunctus efferebatur. *Diligentia mortuos efferendi ad ſepulchrum noſtrorum corporum oſtendit miſeriam.*

§. 11. Defunctus efferebatur. *Vt quid peſtiferum habebant Gentiles ibi mortuos ſepelire, vbi viuentes habitabant: nos autem cenſemus hoc ſalutiferum ſicut D. Iacobo fuit Anachorita.*

§. 12. Ecce defunctus efferebatur. *Non malis auibus mortuorum cadauera proijciantur: quibus honeſtam debemus ſepulturam impertiri.*

§. 13. Defunctus efferebatur. *Ex cura ſepeliendi mortuos fidem proteſtamur reſurrectionis, ſicut Abraham.*

§. 14. Efferebatur. *Defunctos in locis ſacris ſepelimus ad quæ recurrimus pro virtutum exercitio.*

§. 15. Efferebatur. *Non leuis eſt fructus in Eccleſijs ſepeliri, ſed ad multa obligat, vt oſtendunt euentus, quos refert D. Gregorius.*

§. 16. Et turba ciuitatis multa cum illa. *Comitatur turba viduam, non ſacerdotes: merito vnici deplorat iacturam ſed potiori iure peccator Dei deploret iacturam.*

§. 17 Miſericordia motus ſuper eam. *Pio conuenit cordi moueri miſericordia: Deus viduarum miſeretur, ob earundem ſtatus calamitates, & dignitatem, ſi tales ſint quales eas eſſe par eſt.*

§. 18. *Ex ratione dicit illi.* Noli flere: *præſentem enim habet eum, qui filium ad vitam reuocabit; ſeruit hæc ratio conſolationi in morte noſtrorum.*

§. 19. Noli flere. *Non acerbè mors filij lugeatur corporalis, bene quidem ſpiritualis: Dauide teſte.*

§. 20. Tetigit loculum. *Per hunc feretri contactum, Chriſtus immundus non fuit; quod bene dicitur loculus.*

§. 21. Hi qui portabant ſteterunt. *Siſtunt portitores, vt vox detur viuifica, & declaratur Chriſti potentia ex philoſophia de ſole.*

§. 22. Adoleſcens tibi dico: Surge. *Hac voce ſe Chriſtus Deum oſtendit: Efficax fuit illud:* Tibi dico. *Emphaſim habuit hoc miraculum ad gloriam Saluatoris.*

HOMI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# HOMILIA XXXI.

## DE FILIO VIDVÆ RESVSCITATO.

### Quarto die Iouis Quadrageſimæ.

*Et factum eſt deinceps: ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur* Naim *&c.* Luc. 7.

☞ 1 HEri probauit Chriſtus Dominus noſter, oculos ſuos eſſe diuinos, illos conijciens in oculos cœci cuiuſdam, qui illis orbatus in lucem prodierat; Hodie nobis idem confirmat, illos reflectens in oculos mœſtæ, afflictæque viduæ, quæ illos vt cœcos habebat amariſſimis offuſos lachrimis, mare lachrimarum; ob vnici filij ſui mortem acerbiſſimam, quem iam ad tumulum efferebant, & cum ipſo (teſte D. Gregorio Nyſſeno) omnem eius conſolationem, & ſpem vnicam poſteritatis. Deſcribit hanc hiſtoriam D. Lucas de quo teſtimonium perhibet D. Hieronymus quod quandoquidem medicinæ fuerit expertiſſimus, eius nobis omnia ſunt ponderanda verba, ac velut ſalutare quoddam animæ præſcriptum accipienda: *Omnia verba eius ſunt languentis animi medicina.* Licet autem hoc dici queat de omnibus Euangelij verbis, magis tamen in particulari, de illis quibus hanc explicauit hiſtoriam; quæ inter cæteras vna (ſi credo D. Gregorio Nyſſeno) paucis verbis mille millia Sacramenta concludit: *Hiſtoria quæ paucis verbis multa complectitur.* Iuuenem nobis depingit excitatum, prædiuitem, in delicijs enutritum, quem in ipſo vernantis iuuentutis flore, & ætate vegetiori mors ad ſepulchrum eiecit: ſic vt tota mundi potentia mortis ingreſſum haudquaquam inhibere valuerit. Proponit qualiter mors illa eodem impetu, quo vitæ filum præſcidit filio, quia vnico, pariter totum matris viduæ ſolamen euertit, omnem illi circumquaque ſpem præſcindendo, quã in hoc mundo habebat; quæ vt talis doloris, fletuſque pelagus ingemiſcebat. Enarrat, qualiter conſanguinei & amici ad funus hoc lamentabile conuenerint, viduam quo poterant modo honorantes, funeri comites & delatores ad ſepulturam. Optimam defuncti ſortem exponit: quòd feretro mortuus ad ſepulchrum delatus per portam ciuitatis, vitæ ipſe mortuus occurrerit, Chriſto videlicet, qui eadem tempeſtate opportunè per illam ingrediebatur: ad cuius præſentiam mors defecit, omneſque perdidit infirma vires, prædamque quam deferebat, victa dereliquit.

*Li. de Hominis opificio c. 25.* *D. Hier. Epiſt. ad Paulin.* *D. Greg. Nyſſen.*

Deſcribit nobis qua ratione Chriſtus: cuius viſcera fons erant, aut melius dixero mare miſericordiarum & pietatis, matris viduæ lachrimis dolorique cõdoluerit, quas dũ ſtudet lachrimas abſtergere, ſtare præcepit funeris portatores: & nihil rogans, nullas præmittens orationes, motus nullos anguſtiarum, vt Elias & Eliſeus in ſimilibus egerunt occaſionibus, ſed reuerendo præcipiens imperio, velut vitæ mortiſque Dominus ſupremus & abſolutus, cuius vexilla hoc præferunt inſcriptum trophæum ex Spiritu S. *Vitæ & mortis habes poteſtatem*: vnico verbo imperioſo: *Tibi dico, ſurge.* ad vitam reuocat adoleſcentem innumera circumſtante multitudine. Eximia eſt hæc hiſtoria, & ad multorũ vtilitatem accommoda, quibus omnibus diuina ſua Chriſtus dona communicauit: Iuueni defũcto vitam, matri viduæ lætitiam, oppidanis exultationem, adſtanti turbæ ſui ipſius cognitionẽ, quibus eos omnes obſtrinxit vt elato clamore gratias Deo referrent infinitas, eo quod mundo deſtinaſſet Prophetam à tot annorum curriculis promiſſum, & à tot ſæculis anhelo ſpiritu deſideratum, in populi ſui mundique redemptionẽ, Nobis autem diuina proponit documenta, ad eruditionẽ, ſalutemque noſtrã vtilia, quæ talia ſperamus futura, ſi nobis ſua ſit gratia propitius

*Sap. 16. 13*

illàm ergo per eiuſdem theſaurizatiam virginem nempe Mariam poſtulemus illi offerendo: *Aue Maria.*

### §. I. *Eximiam in Traiano laudauit D. Gregorius erga viduam benignitatem, ſed hanc Chriſti erga præſentem viduam miſericordia ſuperauit.*

☞ 2 EDidit D. Ioannes Damaſcenus Sermonem. *De defunctis*, cuius hoc principale fuit intentum, contra perfidos quoſdam hæreticos probare quòd fides docet Catholica plurimum prodeſſe defunctis in Dei gratia, purgatorij pœnis cruciatis, miſſarum orationum, eleemoſynarum aliorumque pietatis operum ſuffragia, quæ in Eccleſia pro illis offeruntur. Hac occaſione prodigioſum illud enarrat D. Gregorij facinus qui lachrimis ſuis ac precibus animã Imperatoris Traiani, Hiſpani noſtri Gentilis, perſecutoris Eccleſiæ, ac multorum martyrum occiſoris à pœnis liberauit inferni. Quamuis autem plures huius hiſtoriæ veritatem in dubiũ reuocent, illam D. Damaſcenus aſſerit vt veram his verbis: *Teſtatur Oriens, & Occidens totus miraculum hoc germanum, & irrefutabile.* Illam antiquus & eminentiſſimus confirmat Cardin. Ioannes Diaconus vitam deſcribens D. Gregorij Papæ illamque conſecrans Ioanni Octauo Pontifici maximo; & quod maximè mihi difficultatem adimit eſt iudicium Angelici noſtri Doctoris D. Th. qui quatuor locis, quæ inſpexi, illam referens, parum eſt quod non reprobet, ſed vt certam ſupponit ob prædictam D. Damaſ. auctoritatem: quinimo & modum exponit quo fieri ſit hoc poſſibile, non ſolum cum Traiano, ſed etiam cum alijs, quos mortuos infideles & conſequenter condemnatos, vt tales reſuſcitarunt Apoſtoli alijque Sancti, & ſaluati ſunt, per quod omnia huic hiſtoriæ contraria ſoluuntur argumenta.

D. IOAN. DAM. *Li. 1. c. 44.* 1. *Sēt. diſt.* 43. *q.* 2. *a.* 2 *ad* 5. *& l.* 4. *diſt.* 45. *q.* 2. *ar.* 2. *ad* 5. *& l.* 4. *ſent. ad Annibal. diſt.* 45. *q.* 1. *a* 3. *ad* 2. *& de veri. q.* 6. *a.* 6. *ad vlti.*

Cæterum hæc ſcholis relinquẽtes, hæreamus inquirentes quid D. Gregorium mouere potuerit quidue in Traiano notauerit, vt eius in ſingulari miſereretur. Plures alios Monarchas, Imperatores Reges, Principes, Nobiles, Doctores, Philoſophos, Oratores detinebat Orcus condemnatos, qui dum viuerent de multis præclariſque cõditionibus commendabantur, vt Iulius Cæſar, Auguſtus, Titus, Veſpaſianus antiqui illi Duces, notique Principes Æneas, Vlyſſes, Achilles, quorum facinora ſic D. Auguſtinum ad commiſerationem mouerunt, vt ipſo teſte, ipſum ad lachrimas ea legentem prouocarent. Illi nominatiſſimi Philoſophi Plato Socrates, Seneca, Diogenes & alij quàm plurimi, in quorum actibus, & libris, doctrina, ac ſententiæ leguntur adeo celebres, vt non paruam excitent compaſſionem, dum illos æternum damnatos intelligimus. In quo cæteris Imperator Traianus præcelluit, vt adeo efficaciter mouerit ad condolendum D. Gregorium, vt eius ſalutem exoptaret? Conſiderauit in eo (teſtatur Cardin. Ioann. Diaconus) ſummus Pontifex factum aliquod pietatis non vulgaris afflictæ viduæ exhibitum, quod Romam perambulans, conſpexit in pariete viuis coloribus exaratum.

*L. 1. Conf. cap. 13.*

Equo vehebatur Imperator, copioſo circumuallatus exercitu ad expeditionem grauiſſimam, Romanoque Imperio pernecessariam. Militum legiones importuna triſtiſque perfregit vidua: quæ lachrimis ſuis ac ſingultibus viam inter militum copias aperuit, ſtetitque coram Imperatore gemens ac plorans efflagitans ad ſui cõſolationem iuſtitiam: illi quippe vnicus filius occiſus interierat. Cui ſic Imperator Vides, qua me occaſione detentum interpelles equitem, medio in itinere, copioſo illo exercitu ſtipatum, in hoſtes prodeuntem Imperij: per animam tuam, ô vidua, patienter ſuſtine: Amen amen dico tibi, quàm primùm rediero poſtulatis tuis promptiſſimè ſatisfaciam: Quod ſi minimè redieris (replicat illa) quod forte poterit non contingere illi, qui ad tam ſanguineam procedit expediditionem. Tunc (ait Imperator) ille qui mihi ſuccedet in Imperio, tibi ex iure ſatisfaciet. Quid illa? ſi mihi ſucceſſor ex iuſtitia ſatisfecerit, quam tu inde gloriam conſequeris, & ego, quam habebo tibi gratias pro hoc referendi rationem? Vt has omnes audiuit Imperator viduæ rationes cordis ſuſpirijs, oculorumque fletibus interpolatas ad miſericordiam & compaſſionem eius viſcera commouentur, ita vt continuò deſcenderit de equo, iuſſeritque totum exercitum pedem ſiſtere, nec vltra progredi: cumque quieſceret homicidij reũ præcepit inquiri, nec de loco pedẽ extulit, donec repertum debitas pro ſcelere, ſpectante vidua, luere pœnas iuſſerit Imperator, quo facto remiſit illam nihil vltra requirentem. Intuitus eſt D. Grego. hanc hiſtoriam in pariete depictam: pietatem hanc, & miſericordiam admiratus eſt: quòd de equo in terram detraxerit; pedemque figere fecerit totius orbis Monarcham eiuſque innumeras legiones fletus mulieris,

mulieris, ob rem tantilli momenti, qualem illa
intendebat & cum ita eſſet, quòd non poterat
ille mortuum, ad auras reuocare filium, ſed tan-
tum viuo homicidæ vitam adimere: quia hoc
ſibi magno mœſta vidua cenſebat eſſe ſolatio,
poteſt (quærit D. Gregor.) vt Princeps adeo
benignus, miſericors adeo & compatiens, nul-
lam inuenerit coram Deo miſericordiam? Hæc
altè conſiderans, in cubiculum ſe ſolitarius rece-
pit, & coram Deo proſtratus continuis incubuit
lacrimis, à cordis ſingultibus non abſtinuit,
gemitibus inceſſanter deflens eum, quem diuina
iuſtitia cruciatibus addixerat ſempiternis vi-
rum, cui viſcera fuerant adeo benigna & alte-
rius miſeriæ compaſſiua. Ne tibi perſuaſeris
(inquit Cardinalis Ioannes Diaconus) quod
D. Gregorius pro Traiano rogauerit, cum ipſe
hoc optimè noſſet, imo in ſuis dialogis Eccle-
ſiam docuiſſet, vt eiuſdem caput, illicitum eſſe
pro ijs preces fundere qui ſempiternis condem-
nati ſunt tormentis, ſed quòd fleuerit, fuerunt-
que eius lacrymæ coram Deo, velut viuæ voces,
quas deſiderium eius exprimebat, vt Moyſi
contigit, dum coram diuina Maieſtate proſtra-
tus, fundenſque lacrymas, nec vllum expri-
Exo.14.15 mens verbum, hoc à Deo audiuit: *Quid clamas
ad me?* Etenim Deus, vt independens Dominus
nedum iuſtorum audit orationes ſed cordis eo-
rum deſideria & quod petere nō audent: iuxta
Pſ.9.17. illud Dauidici: *Deſiderium pauperum exaudiuit
Dominus, præparationem cordis eorum audiuit au-
ris tua.* Non negauero, magnam hanc fuiſſe
Traiani benignitatem, eximiam pectoris eius
☞ 3 miſericordiam: ſed quid hanc comparemus illi
quam hodie ſupremus ille monſtrat Monarcha,
in cuius comparatione Traianus, cunctique
mundi Principes ac Monarchæ vermiculi ſunt
abiectiſſimi, & ipſis ſolis atomis minores infi-
nities. Diſcipulorum turbâ progreditur ſtipatus,
populoque cinctus innumero: *Ibant cum eo diſ-
cipuli eius, & multitudo copioſa.* Expeditionem
intendit contra tenebrarum Principes: quos de
mundo contendit eliminare. In hac occaſione
mulieri occurrit deſolatæ mœſtæque viduæ, fi-
lium occiſum à morte dolenti, quem fera illa
beſtia deuorarat: mulier hæc illi remoram in-
ijcit, eumque taliter detinet, vt ipſe greſſum fi-
gat, totuſque comes exercitus: ſuoſque in eam
oculos defigit, oculos confortatiuos, de quibus
Gen.49.12 vaticinatur, bis mille annis præſcius Iacob: *Pul-
chriores ſunt oculi eius vino:* de ſolamine reddit
certiorem, non viuum aliquem occidens, ſed
mortuum reſuſcitans: *Miſericordiâ motus ſuper
illam.* Hæc eſt, ita hæc miſericordia tali pecto-
re digniſſima, & quæ noſtrum debet pectus ra-
pere. Et quàm certum erat, Domine mi, quod
illam tuis in viſceribus iiſque pijſſimis repertu-
rus eſſet pupillus mortuus, viduaque ſolatio de-
ſtituta.

Ex occaſione conſolandi viduam nobiliſſi- I.
mam, quæ cum nupta eſſet viro ſanguine nobi- Deus vi-
liſſimo vocabulo Tariſio, è viuis ilico vir diſ- duas &
ceſſit, remanſit autem ipſa vidua ſuperſtes val- pupillos
de iuuenis: & deficiente ei viro, confeſtim ei defendit.
etiam media defecerunt, mentiſque tranquilli-
tas: omnia namque conciderunt, & viri orbi-
tas, & mille laborum calamitas; vt communiter
pauperibus, qui tales ſunt, contingere perſpi-
cuum eſt. Expendit D. Chryſoſt. quod quamuis *Ep. ad vi-*
Dei miſericordia per vniuerſos ſeſe extendat *duam iu-*
terræ limites: *Miſericordia Domini plena eſt terra:* *niorem.*
porrò ſingulari inuigilat cura ſuper pupillum & *Tom.5.*
viduam: ita vt iure optimo, qui eam probè no- Pſ.118.64.
uerat vt David in ſuis hoc ſcriptum gereret
vexillis: *Pupillum & viduam ſuſcipiet.* Pupillo-
rum viduarumque refugium: dat autem Diu.
Chryſoſtom. eas rationes, quas poſtmodum ad-
feremus, & hoc ipſum eſt, quod heri ſignaba-
mus, quòd Deus videat, vt calamitatibus adſit
auxiliator: vnde in eum fixiùs ſuos deflectit o-
culos, qui miſerijs opprimitur grauioribus, & ne-
ceſſitate premitur acriori. In mundo quis, obſe-
ſecro, dirioribus torquetur ærumnis quam pu-
pilli & viduæ? Perpende quid ſit filio pater, &
coniugi maritus. Eſt pater filio, (vt luculenter
ait D. Chryſoſtom.) quod radix arbori: de quo
ſicut de radice, procedit ipſe, eius vita, ſubſtan-
tia, eſſe, educatio, diuitiæ, honor, protectio. Eſt
mulieri maritus, (teſte Apoſtolo) quod caput
corpori: *Caput mulieris vir.* Attende qualis ſit 1.Cor.11.
amputatis radicibus arbor, & quale corpus reſ- 3.
ciſſo capite: talis eſt & pupillus parente mortuo,
eſt & vidua defuncto marito. Nulla dari poteſt
grauior miſeria, quam ſi deficiat arbori radix,
corporique caput: eadem eſt & pupillo, cui pa-
ter emoritur, eadem eſt & viduæ, cui per mor-
tem protector excedit maritus. Quinimo ea de
cauſa vates Hieremias, vt Deum tantò moue-
ret efficaciùs, quatenus diuinos ſuos oculos ad
populum ſuum conuertere dignaretur, volens
exponere miſeriarum abyſſum, qua mergebatur,
dum à Nabuchodoſor captiuus abduceretur, ſic
ait: *Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ* Thren.5.3.
*quaſi viduæ.*

Quia verò tantus eſt neceſſitatum, afflictio-
numque cumulus quibus pupilli, viduæque o-


bruuntur,

obruuntur, ſingulariter in ſe ſuſcipit eorum Deus protectionem, defenſionem & remedium, & hic ſingulariter ſuam oſtendit miſericordiam. Inquiramus Euangelium, in quo nobis Euangeliſta pupillum, viduamque deſcribit. Heu quæ neceſſitas huic comparanda? pupillus mortuus eſt, defertur ad tumulum, mater vidua lacrymis offuſa languet, cuius cor ſingultibus opprimitur, & doloris abyſſo demergitur. Cui, ô Domine veſtra ſeruatur miſericordia? Numquid miſeris & afflictis? In quos oculos conijcis? Numquid in eos, qui grauioribus torquentur anguſtijs? Hic eos defigit, hic diuinâ ſol ator adeſt miſericordiâ, hic pupillum de feræ mortis manibus vendicat, vitam illi tribuit, matri verò viduæ lacrymas abſtergit, plenamque largitur conſolationem: O ter maxime Monarcha, quem ſic detinent lacrymæ, luctuſque viduæ, & in ſe oculos tuos declinat: *Reſpice in me & miſerere meî.*

§ 2. Ibat Ieſus. *Procedit hoc in itinere Dominus, ſicut ſol, & in meridie curſum ſuum cohibet.*

☞ 4

ET *factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo diſcipuli eius. Ecce defunctus &c.* Delineat cœleſtis ille pictor ſolis diuini curſum, de quo aptiùs, quàm de hoc materiali, & in effectibus longè eminentioribus dicere potuit Apoſtolus Petrus:

*Act.10.38*

*Qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando.* Subtiliter perpendit D. Gregorius Nyſſen. hoc Chriſti Saluatoris iter, quod cum eſſet veri ſolis, eſſe oportebat cum nouæ ſemper ad oculos noſtros claritatis luciſque incremento: iuxta illud Salomonis: *Quaſi lux ſplendẽs, quæ procedit & creſcit vſque ad perfectam diem.* Ortus eſt & apparuit ad auroram, in montis vertice, de ſe clariſſimos cœleſtis doctrinæ radios emittens: inde tranſiẽs lepro ſo occurrit, acclamanti, ſalutemque poſcenti: *Domine, ſi vis, potes me mundare.* Patuit hic effectus eius, quandoquidem integram illi perfectamque dederit à lepra munditiem. Progreditur ſuo feſtinus curſu verſus Ciuitatem Capharnaum, & iam lucidioribus radijs lucem ſuam oſtendit in puero Centurionis, qui iam mortis faucibus moriturus inhærebat: *Erat moriturus.* Quem ſolo ſuæ vocis imperio vitæ reſtituit & ſaluti. Aſcendit altiùs: *Et ad miracula quadam ardua magis accedit,* ait D. Greg. Nyſſen. nam Synagogæ Principis precibus adductus,

*Lib. de hominis opificio c. 25.*

I. Chriſtus vt ſol ſemper altius aſcendit.

*Prou. 4. 18*

*Matt. 8. 2.*

*Luc. 7. 2.*

D. Greg. Nyss.

cuius filia duodennis è viuis exceſſerat, in cubiculũ aſcendit vbi defunctæ iacebat cadauer exanime, cui verbi ſui ſpiritu vitam inſpirat optatiſſimam: inde tranſgreditur, & altiora petit, euidentiùs ſplendorem ſuum eiubrans: iter enim arripit verſus ciuitatem Naim, vtque potentiam ſuam declararet eminentiorem: *Poteſtate excelſiore.* Ad portas illius approximans, (locus hic erat confluxus populi apud Iudæos copioſioris: eo quod erecta eſſent hic iudicum tribunalia, domuſque contractuum) è quibus iuuenis efferebatur defunctus ſepeliendus, circumſtante populi coronâ, ſuæ vocis tantummodo præcepto eum ad vitam ſuſcitat rediuiuum: ita vt præſentes tanta luce colluſtrati, ſtupore & extaſi abſorpti, illum vt Deum & Meſſiã communi calculo cõclamarint. Miraculum fuit hoc adeò excelſum & euidens, vt teſte Euangeliſta, ea de cauſa: *Exijt ſermo hic in vniuerſam Iudæam:* in tantum, vt vltimos Galilææ fines penetraret, ad caſtellum vſque Macheri, in quo vinculis conſtrictum detinebat Herodes Præcurſorem Domini Ioannem Baptiſtam: idcirco namque narrarunt Euangeliſtæ, quod carceri mãcipatus audierit ea quæ de Chriſti miraculorum gloria fama veridica prædicabat: *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* En tibi qualẽ nobis depingat Euangeliſta: *Et factum eſt deinceps, ibat Ieſus in ciuitatẽ quæ vocatur Naim.* Procedebat vt ſol aſcendens excelſiora, & quo progrediebatur vlteriùs, eò radios emittebat clariores: vnde diſcipulorum, populique turbâ cinctus innumerâ procedebat: *Ibant cum eo diſcipuli eius.* Ex Græco ſic lege. *Ibant cum eo diſcipuli multi.* Non ſolum Apoſtoli, nec non ſingulares eius diſcipuli, ſed alij abſque numero, qui ſignorum eius celſitudine conuicti, ſe diſcipulos eius eſſe fatebantur, credendo in hoc itinere ſibi lucrum reportare: ex quibus plurimi, quam primum eis Chriſti doctrina diſplicuit, eò relictò abierunt, vt narrat D. Ioannes. Similiter eum comitabatur de varijs locis collecta multitudo: *Turba copioſa.* Sequebatur eum, hamo propriæ vtilitatis allecta: quocirca dum tempore Paſſionis ſuæ ſol ille diuinus radios ſuos obſcurus recollegit & abſcondit, omnes intimi etiam diſcipuli, relicto eo fugerunt: *Omnes diſcipuli eo relicto fugerunt,* ait Matthæus & ipſe cum alijs fugitiuus.

*Luc. 7. 17.*

*1. Ioan. 67*

*Matt. 26. 56.*

Præclara ſunt & admiratione digna verba illa vatis Iſaiæ, quibus ſolis huius deſcribit curſum. Hæc læta mundo renuntiat, quòd Pater cœleſtis filium ſuum factum hominem in mundum miſe-

miſerit, vnde populum ſuum hortatur, vt ad illũ
Iſai.52.1. recipiendum ritè dignèque diſponat: *Conſurge, conſurge induere fortitud.ne tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Hieruſalem ciuitas Sancti &c.*
II. Vaticiniũ de Chriſto. Et diuinis hæc verbis proſecutus tandem ſic declarat: *Parauit Dominus brachium ſanctum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Septuaginta hæc verba congruenter exponunt: *Reuelauit, aut denudauit Dominus brachium ſuum.* Stupeo mirabilem hanc ad exponendum metaphoram, qua ratione Pater filium ſuum miſerit eumque mundo reuelarit: *Denudauit* (inquit) *Dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium.* Eſt filius eius, *Brachium ſuum*, quo cuncta creauit, quo cuncta regit ac gubernat: eum habebat occultum & pectore ſuo concluſum, eum miſit ſpectandum omnibus, omneſque eum ad oculum præſentem conſpexerunt: *Videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei.* Hoc nobis probauit impletum annoſus ille Simeon, quando Dominum iam in mundo paruulum complexus voce cyg-
Luc.2.30. nea ſuauiter decantabat: *Viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum.* Perpende illud Simeonis *Paraſti*, cum altero *Parauit*, Iſaiæ.

☞ 5 Confeſtim ait Pater æternus, viamque aperit, quam ſol iſte in mundo peragere ſtatuerat, vitæ ſalutiſque auctor; & oculos à nobis expoſtulat lynceos & dilatatos vt eius diſcurſum contemplemur, nec immeritò: multa namque hic ſunt conſideranda: *Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, eleuabitur, & ſublimis erit valdè.* Seruum meũ inſpicite. De filio ſuo loquitur vnigenito, ſecundum id, quod homo factus, ſerui formam accepit. Illũ intuemini. Et quid in eo conſideran-
Iſa.52.13 dum? Primũ: *Intelliget.* D. Chryſoſt. *Demonſtratione quod Chriſtus ſit Deus*, credit, quòd per hoc Pater cœleſtis, declarare voluerit ſupremã Chriſti ſapientiam, qua prædicaturus eſſet & docturus
Pſ.77.2. myſteria: *Abſcondita à conſtitutione mundi*, quæ
Matth.13 David ait q. d. Præceptor talis erit, quo nemo
35. ſapientior: etenim fidei doctrinã intelliget, ſicut eiuſdem auctor principalis. Verũtamen vt iudico ſingulariter explicare conatur iter, quod modò ſol iſte diuinus perficit. Primò: *Intelliget.* Hoc impletum eſt, quando ſedens in montis ſupercilio, quod ſibi in cathedrã doctrinæ elegit: cœpit prædicare, & docere adeò profundè ac ſubtiliter, mundi præceptorũ dolos fraudeſque explicans, vt ſe æternam eſſe Dei ſapientiam liquidò cõprobaret. Hinc curſum ſuum perficiens vt ſol, per noua ſemper lucis ſuæ incrementa, ſic vt vſ-

que ad meridiẽ: *Exaltabitur, & ſublimis erat valdè*: hic etenim ſua incipiẽs miracula, cunctis qui III. Solis huius curſus deſcribitur.
eum tangebant, ſanitatẽ largitur: *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes;* hinc progreſſus eſt ad miraculum multò lucidius, leproſum emundans; hinc ad aliud excelſius, ſeruũ ſanans Centurionis iam moriturũ; hinc ad alterũ magis eximium, filiam Principis Synagogæ ad vitã reuocans; & hinc ad aliud ſupremum, quod eſſet lux meridiana in totius mundi Synagoga filiũ viduæ matris in ipſis portis ciuitatis Naim iã mortuũ, & ſepulturæ proximum ab inferis reſuſcitans. Luc.6.19
Quàm altè aſcendit ſol hic! *Sublimis erit valdè.* Quantã populorũ gentium ſtipatus turba? quæ laudum præconia? quales diuinitatis eius confeſſiones? quæ Deo gratiarũ actiones: eò quòd illis redemptorem ſuũ miſiſſet, quòd viderent brachiũ Dei iam reuelatum, & cœli ſalutẽ in terra? *Magnificant Deum, dicentes: quia Proph. magnus ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam.* Verũtamen non hoc te lateat (ait Pater æternus) quod curſus ſit ſolis, cuius ſi lux procedat altiùs vſque ad perfectũ diem, etiam paulatim decreſcet, ſeſe ſubtrahẽs, donec medijs noctis tenebris IV. Sol iſte tandem ad veſperam tendet & obtenebreſcet.
obſcuretur: *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius.* Quãtò nũc lux eius faciendo miracula ſplendent lucidiùs, eũ omnes extollũt altiùs, ipſorũ & magnitudine & multitudine attoniti, tãtò vituperabunt eum & contemnent abiectiùs, quando ſe recolligens noctem ſuæ ingreſſus erit paſſionis, mortiſq; amariſſimæ. Quot modo turbis aſſociatus, quot operatur miracula, quot cõfert beneficia? huic viſũ tribuit, alteri auditũ, illi munditiem, illi agilitatẽ, alij vitã. *Ibant cũ eo diſcipuli eius, & turba copioſa?* Eodẽ planè modo tunc eum ſolũ relinquent: ita vt illud Dauidici ſibi aſſumat: *Conſiderabã ad* Pſ.141.5.
*dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me.* Quamdiu aliquid ſupereſt in autumno ab V. Similitudo.
arbore colligendum omnes certatim ad illam confluunt: porro accedente & irruente hyeme, dum folijs ramiſque ita denudatur vt arida ſiccaque videatur: ab ea fugiunt omnes. Hæc hominum eſt ea conditio, vt ne ad paſſum pedum progrediantur, niſi lucri gratiã, & ſicut vbi lucrum ſperant, velociùs occurrunt, ſic vbi nullum affulget, ſe ſubducunt fugiuntque celeriùs.

„ Hoc mortalibus innatum eſſe dicimus, eos VI. Omnia fiunt lucri gratiã.
„ ſolummodo comitari, de quibus confidũt virtutem exituram ſanandis omnibus efficacẽ, & eis
„ nuntium remittere, à quibus ſibi perſuadẽt nul-
„ lam adfuturam. Oculos cõijce in Reges, Princi-
„ pes, Pontifices, Prælatos: quot turbis populorum

circum-

circumuallantur? faueat mihi Deus, quo comitatu cingunt eorum latera ſtipatores? quod ſi ab illis inquiras, quod motiuum, quis illos ad hoc finis impellat? Tibi cauſam ediſſeram radicalem, nec fallor omnino: quia iudicant omnes illi quod ab illis ſingulis, quos comitantur, virtus emanet ſanandis omnibus illis, qui ducatum illis ſocietatem, & reuerentiam exhibent officioſam. Prætendit ambitioſus, qui ad mortem vſque ſuperbiæ languet infirmitate, quod in ipſo Rege, quem ſequitur, cuique famulatur, virtus ſit ſalutem illi impertiendi, ſuiſque ambitioſis prætentionibus ſpiritum vitalem inſpirandi. His animatus fiduciis adeo ſolicitus, anxius & diligens Regi ſocius approximat, vt ne puncto quidem ab eius latere indiuiduus diſcedat, & ſi viderit in aliquo ſibi hanc impediri propinquationem: quàm anxius, quàm viuit inquietus? Pecuniarum auarus ardentiſſima cupiditatis ſuæ febri flammeſcens, ſibi perſuadet quòd in Rege, vel Principe potentiſſimo virtus inſit, quæ ſitim illius extinguat, & quia hoc perſuadet, ſemper ei vellet comes adhærere, & eo fine ſemper illum per omnia comitatur; quid cauſæ eſt, quòd turba ciuitatis ſequatur iudices innumerabilis? Et ſinguli eorum ſe felices autumant, ſi vel fimbriam veſtimenti liceat contingere, numquam deſerunt aſcendentes, vel deſcendentes, domum ingredientes, vel domi conſiſtentes aſſeclæ fideliſſimi. Ipſi prætendentes ac litigantes, qui feſtino ſic illos gradu comitantur, reſpondebunt: *Quia virtus de illis exibat*, qua poſſint fauorabili ſententia, quam ab illis expectant, diuitijs boniſque affluere, quibus poſthac vitam tranſigant commodiorem. Quod ſi in eis ſpes iſta defecerit, ilico tantam videbis mutationem, quantam admiraberis maximam. Aliquem illorum conſpiciunt, quos comitari ſibi ducebant eſſe glorioſum, à ſtatu deiectum excidiſſe, in quo poſitus eorum poterat fouere prætenſiones, votiſque auxiliari, & ilico videbis, quàm eum deſerant omnes ſolitarium & nemine ſociatum.

[Dan. 3. 7. VII. Arboris viſio hic applicatur.] Optimè depinxit hoc Deus Regi Nabuchodonoſor, vt illi Daniel expoſuit: vidit hic arborem fructibus fœcundam, ad quam innumera, concurrebant animalia, conuolabantque aues vt eam omnino replerent. Intempeſtâ temporis horâ, ictus infligitur arbori iam excidendæ, quo fit, vt omnis ei fructus intereat, illo denudetur, & ecce confeſtim ita ſola deſeritur, vt nec animal quodcumque inueniatur illi appropinquans, quinimo omnia illam vt peſtem execrantia, diffugiunt: quoties hæc in mundo cernimus? Quando iſte plurima valet auctoritate, Regique familiaris eſt vel Principi, quot animalia, quot conueniunt aues, cingunt illum & circumuolitant? Non eſt qui non omni ſtudio conetur illi propinquare, verùm dum infortunij verbere concutitur, quo illi familiaritas ea, & auctoritas imminuitur ac relegatur, quis exprimat, quàm ab omnibus ſolus viliſque deſeratur? Non accedunt ad eum proſtrati humiles, nec oratione, nec corde. Quando alius opibus, ſalute, & fortunâ gaudet proſperâ vt dicere poſſit cum illo, quem Angelus digito monſtrabat D. Ioanni: *Diues ſum & locupletatus, & nullius egeo*; quàm [Apoc. 3. 17] viuit Dei obliuioſus, quàm tepidè ad eum recurrit? Porro proſtratus ægritudine, preſſus inopia, quàm velox ad Deum confugit? Quot offert orationes, ſupplicationes, ſacra, repromiſſiones

## §. 3. Cum appropinquaret. *Non fuit hoc occurſus caſualis, ſed à Domino præſtitutus: cui nihil ſuccedit fortuito.*

C*Vm appropinquaret portæ ciuitatis: ecce de-* 6
*functus &c.* Ne credideris occurſum hûc fuiſſe fortuitum, ſed de induſtria à Chriſto præordinatum, qui corda mouebat, vt defunctum efferrent ſepeliendum tali diſpoſitione, vt ſimul conuenirent, & ipſorum egreſſus cum feretro de ciuitate, & illius per portas eiuſdem ingreſſus. Hoc opinatur D. Cyrill. inſinuaſſe [In c. 52. Iſa.] Patrem cœleſtem verbis paulò ante citatis: *Ecce intelliget ſeruus meus.* In Hebræo verbum legitur, quod ſignificat negotia peragere ſummâ prudentiâ, atque admirabili diſpoſitione præſtituta loquendo de Dauid: *Prudentius ſe gerebat* [1. Reg. 18. 5. 14. 30.] *Dauid quam omnes ſerui Saul, & celebre factum eſt nomen eius*: & vt opinor, in verbis iſtis, quæ cœleſtis Pater de Chriſto protulit, ad illa voluit alludere, quæ de Dauid dicta fuerant, qui Saluatoris expreſſam prætulit figuram, quòd nimirum laudabili prudentia, & ſingulari diſpoſitione procederet, ita vt ob opera ſua inſigniora ſublimandus eſſet, nomenque eius per omnium ora celebrandum: *Intelliget, exaltabitur, eleuabitur &c.* Et ſic ſe res habet, quòd Chriſtus ita cuncta præueniebat, & occaſiones faciendi miracula diſponebat, idque eo modo, vt quod caſu fortuito videbatur contigiſſe, diuinâ hoc eſſet ſapientiâ prudentiſſimè diſpoſitum, vt in ijs tanto clariùs cœleſtem ſuam exprimeret virtutem,

tutem, probaretque ſe ſapientiam eſſe æternam, de qua ſic, Salomon: *Attingit à fine vſque ad finem fortiter,& diſponit omnia ſuauiter &c. omnia proſpiciens.* Quòdque vir ille eſſet à Zacharia vate promiſſus, qui ad faciendum opera ſua in manibus gerebat funiculum menſorum: *Et in manu eius funiculus menſorum.* Nec non quòd agnus eſſet diuinus plenioculus, quaqua verſum proſpiciens, quem D. Ioannes vidit in Apocalypſi: qui vt faciat opera ſua, omnes attendit circumſtantias, eaſque eo modo diſponit, vt ad eorum excellentiam magis propoſito mentique deſeruiant.

Sap. 8. 1.
Zachar. 2. 1.

I.
Probatur Chriſto nihil caſu contigiſſe.

Aduertit D. Chryſ. quod licet caſu videatur contigiſſe, quòd ipſe eo tempore Bethaniam acceſſerit Lazarum ab inferis reſuſcitaturus, quo de Hieruſalem illuc conuenerant plures & dignitate,& diuitijs ſpectabiles viſitaturi ac conſolaturi Mariam, & Marthaam: attamen non ſic euenit,ſed diuinâ ſapientiâ ſunt cuncta diſpoſita, quâ corda permouit illorum, quatenus illi, non hoc intendẽtes prodigioſo huic præſentes adſtarent miraculo,quod agere diſponeret,haberetque tantos tamque irrefragabiles teſtes, quanti præſentes adfuerunt,quibus opus illud adeò mirabile cunctis ita liquidò conſtaret, vt certum eſſet, illud negare poſſe neminem. Hoc idem hic attende: progrediens enim ſol hic diuinus,lucem ſuâ manifeſtans,& eo fine tendẽs verſus ciuitatem Naim, ſuâ præſtituit hoc omnipotentia, & in cordibus operatus eſt oppidanorum, illis hoc minimè cogitantibus, vt hi ſepulchro iuſta præpararent atque in illam horam elationem funeris diſponerent,alij vt confluerent defuncti comites: cæteri vero, vt ea temporis mora ad portam adeſſent ciuitatis:alij vero multi,qui ex regionibus, quas tranſibat, concurrebant, vt illum pone ſequerentur; vt omnes miraculo huic ſtupendo teſtes adeſſent oculares. Hoc eſt,*Intelliget*, quatenus ex his virtus eius,perſona, & diuinitas innoteſceret, vtque tanquam verus Deus: *Exaltaretur, eleuaretur & ſublimis fieret valde*, ſicut reipſa contigit. Itaque ſi Chriſtum ſpectes, nec hic occurſus, nec alij eiuſdem generis caſuales erant: omnes etenim diuinâ eius diſpoſiti ſapientiâ cõtigerant,ipſe namque eſt,qui ſtellas connectit,& optimo diſponit ordine, ad effectus in mundo vtiliſſimos.

Redemptor noſter vir eſt ille albis veſtitus, quem heri ſignauimus ex Ezechiele, ingrediens in medio rotarum: nam earum ad inuicem occurſu, aſcenſus & deſcenſus, fortuiti non erant, vt ſpectatoribus videbantur, ſed ex eius ordine diſpoſiti. Quocirca nec hodiernus ille fuit, ſicut corporis Eliſei, cum alterius defuncti cadauere, vt narrat S. pagina. Mortuum Eliſeum in deſerto ſepelierunt: moritur alius de grege quiſpiam quem cum in idem deſertum efferret ſepeliendũ, qui defuncto ſepulturæ præſtabant officium latrones aduerterunt accurrentes, quos dum timẽt, vt citiùs abſoluerent, fugaque ſibi conſulerent, cadauer defuncti in vatis Eliſei mauſoleum iniecerunt. Quàm primùm vatis hoc contigit corpus, honorare volens Deus Prophetæ ſui ſeruiq; merita, mortuum reſuſcitauit, ſurrexit ergo hic pedes ſaluus & incolumis. Occurſus hic valde fortuitus fuit cadaueri Eliſei non enim illum poterat præuenire nec diſponere: nam erat corpus mortuum, exanime: verumtamen hodiernus, fuit per Chriſtum ita præordinatus: nam Deus erat viuens, eumque vidit D. Ioann. cum ſeptem oculis, quibus cuncta, quæ in mundo fiebant,intuebatur, & diſponebat, & illius reſpectu nihil caſu fit, quia in omnibus diuina eius ambulat ſapientia,diſponens, vel permittens,vt fiat id, quod gloriæ ſuæ, noſtræque eſt ſaluti conueniens.

4. Reg. 13. 21. 11.

II.
Facta caſualia, nõ Deo tamen caſualia.

Iudicarunt Tobiæ domeſtici, familiares & amici, cæcitatem hanc illi caſu fortuito contigiſſe; Deum illius fuiſſe immemorem, hirundines non abigendo,quæ ſtercora ſua eius oculis deſuper iniecerunt, cum hic caſu ad vmbram arboris requieſceret à mortuorum ſepultura defatigatus. Verumtamen non caſu hoc contigit, ſed valde conſideratè, & prudentiſſimè à Deo præordinatum,vt nobis inuictæ viri daret patientiæ exemplum, pariterque doceret, non hoc inhumanitati eius eſſe adſcribendum, ſi tribulationes, ægritudines,& inopiam tibi patiatur euenire, poſtquam accepta multa & inſignia in eius honorem opera præſtitiſti.

Tob. 2. 15.

Expendit Theodor. nubem, quam vidit Ezechiel ſuper Hieruſalem inuolutam igne, fulgetris,peſte, grandine, catenis,captiuitate, alijſque plurimis aduerſitatibus, quibus vrbs Hieruſalem eſſet punienda: *Ecce nubes magna & ignis inuoluẽs.* Quia verò ſibi perſuadere poterat Ezechiel hæc omnia caſu fortuito in vrbem irritura, eo modo quo nubes demittit aquas, grandinem, vt videatur caſu cõtingere, quòd hic gutta depluat aquæ & alibi grando, & illi detur pluuia, iſti verò grando: vt intelligeret qualiter hæc diſponerentur: videt in medio nubis ſedentem vt ſupremum rectorem Dei filium, æternam ſapientiam in figura Electri: vt indicaret illi, quod nec aquæ gutta decideret, niſi quomodo, vbi & eo

7
In c. 1. Ezech.
Ezec. 1. 4.

modo quo ipſe ſtatuiſſet, ſimiliter nec varia deſcenderent ſupplicia caſu fortuitò vel non præmeditato: ſed tantâ ſapientiâ, & occultâ diſpoſitione præuiſa vt ſupra quoſdam non rueret, niſi ea, quam decreuerat, ſiue mors, ſiue peſtis, ſiue captiuitas, ſiue incendium, ſiue infirmitas: vt per hoc noueris tribulationes tuas non accidere fortuitò nec benè dici: Domine, caſus fuit, quòd illac tranſiens in me deſuper tegula deciderit: caſus fuit, quòd in lapidem offenderim, vel pes mihi fuerit attritus: caſus fuit, vel infortunium, quòd talis fuerit in illa conuerſatione, vnde tale contigit incommodum &c. Hoc certum habeas, omnes illos occurſus à Deo præordinatos ad eius nominis gloriam, & vtilitatem, vel pœnam tuam: quamuis autem, ſi rem ſpectes, potuerint eſſe caſuales, nihilominus notum tibi ſit, quòd illi non ſolum tales fuerint, ſed æquitas cogit, vt ex Iob hoc addiſcas eloqui: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.*

*Iob 21.* III. Iob oſtēdit Deo nihil eſſe caſuale.

Congruum hoc eſt patientiæ remedium, illud intelligere. Accurrit ſeruus ad Iob: Heu Domine mi, non leue contigit infortunium: boues arabant & ecce fortuitò irruerant Sabæi, tulerunt eos, omneque armentum paſtoribus interemptis. Hoc tu dicis? ego autem: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.* Adhuc ille loquebatur, ecce velox aduolat alius: Heu Domine mi, peſſimam doleo ſortem, Chaldæi conglobatis turmis in camelos tuos latrones irruperunt, & ne vno quidem relicto, omnes ſibi in prædam abſtulerunt. Siccine tu iudicas, inquit Iob? attamen hoc ego dico: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.* Nondum hic verba finierat, ingreditur tertius. Heu Domine mi: ſiniſtriorem numquam habuiſti fortunam: amica fronte lætabantur filij conuiuæ in domo fratris ſui hodie caſu fortuito, & eheu ventus aquilonaris totam funditus euertens domum omnes ruina contritos (*a*) dolenda nece conſumpſit. Sicne hoc caſum arbitraris: ait Iob? non ſic ego, ſed *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.* Videntur omnes occurſus illi eſſe caſuales ac fortuiti: & quamuis hoc ita queam intelligere de rebus ſublunaribus: (*b*) attamen altiori nitor cognitione quâ credo firmiter hæc omnia à Deo pro beneplacito ſuo diſponi ſeu permitti ad maiorem ſui nominis gloriam, profectumq; noſtrum: vnde hoc adſtruo quòd omnia hæc ordinata ſint, aut permiſſa pro voluntatis Diuinæ beneplacito: etenim abſque actiua eius vel permiſſiua diſpoſitione nec irruiſſent Sabæi, nec Chaldei feciſſent irruptionem, nec ignis, nec ventus, nec turbo, nec tempeſtates inſurrexiſſent; indubium namq; eſt, quod poſtmodum Dauid cecinit: *Ignis, grando, nix glacies, ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Nec flatus quidem vnicus venti, ſine eius mandato auditus eſt, nec tonitru eo non diſponente, nec ſpiritus infernales quidquam eorum feciſſent, quæ fecerunt, niſi licentiâ permiſſâ particulari: quamuis autem illi ad hoc elemēta concitarint, Sabæos Chaldæoſque inſtigarint: verumtamen Deus, vt ſupremus omnium moderator, hæc ita, vt fierent, ipſe diſpoſuit: *Sicut Domino placuit, ita factum eſt.*

(a) *Hechos cortilla.*

(b) *De las tejas abaxo.*

*Pſ. 148. 8.*

IV. Hoc vniuerſale ſit tribulati refugium. D. Ag.

Hoc itaque ſit vniuerſale refugium, id quòd conſultum eſt vt te recipias in omnibus aduerſitatibus; hic portus eſt ſecurus, in quem animæ tuæ nauis eſt dirigenda, vt te à furentibus tempeſtatibus, vndiſque decumanis huius pelagi proditoris illæſum tutumque conſerues: diuinâ namque prudentiâ illud appellauit D. Ambr. *Deuorande contumeliæ grande inuentum.* Quòd omnes deuorare queat perſecutiones, tribulationes, damna, calamitates. Induſtria hæc eſt ingenioſa canalium, quos cæmentarij ad conſeruationem maiorum domuum extruxerūt. Impediri non poſſunt aquæ, ſicut nec pluuia: dum aqua in domus tuæ decidit clauſtrum, abſque dubio parietibus nocet, domuſque fundamentis, in medio puteus effoditur, ad quem per canales tota dirigitur aqua, omnes hic accipit, imbibit, conſumit, vt nullum inde nocumentum oriatur. Heu quot aquarum imbres in mundum depluunt, tribulationes inquam, perſecutiones, ignominiæ, infirmitates, quæ ſæpenumero vt imber vehementiſſimus ingruunt. animæ tuæ videtur domus demergenda, funditusque euertenda, quid conſilij? canales extrue, per quos omnes educantur. Quales illi? ſi cognoueris, illa nō caſu ſed diuinâ euenire diſpoſitione, hæc tibi à diuina prouenire manu, vel permitti, vt mediante inimico tuo tibi contingant, & quandoquidem ſit pater tuus, nihil ſit ipſe in tui damnum diſpoſiturus, niſi id, quod ad tui conducit humiliationem, vel vt tibi pro ſceleribus tuis immittat purgatorium, vel vt te ab inertia ſuſcitet, aut vt tantò tibi tribuat gloriam eminentiorem, quātò conflictum viderit eſſe duriorem: *Sicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum:* non caſu contigit, ſed *ſicut Domino placuit.*

V. Simili-tudo.

VI. Ad illud Dauid confugit.

Perpende hoc (inquit) in Dauid. O quot aquæ irruerant in eum: quaſi imber inundans deciderunt in eum aduerſitates, perſecutiones à proprijs fratribus, à ſocero ſuo Saule, à filio ſuo Abſalone, à ſubditis ſuis: tot aquæ, vt eam ad illas com-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

compoſuerint anguſtias, vt ad Dominum ſic oppreſſus exclamaret: *Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.* O aquæ impetuoſiſſimæ? quis tam immittes audiuit vnquam perſecutiones? quis tam infames pertulit ignominias? Quid rerum agis O Dauid? canalem facio ac puteum ad quem omnes deriuentur, qui omnes imbibat, & deglutiat omnes. Illum (inquit) conſidera in caſu illo, qui videbatur adeo fortuitus, profugus & ciuitate ſua pulſus à perduelli filio ſuo Abſalone fuga ſibi conſulebat: itinere ſuo gradienti ſcurra nequiſſimus occurrit ſubditus eius, vocabulo Semei: cœpit hic regem diris impetere contumelijs, nec ſolum verbis ſed etiã operibus, acclamat igitur Regi flagitio mortaliũ iniquiſſimus. *Egredere, egredere vir Belial vir ſanguinum &c. ecce premunt te mala tua.* Egredere fili diaboli, Rex peruerſe, ſubditorum tuorum homicida, non gubernator, vade, diſcede, fuge de Hieruſalem, tali non dignus es loco: eo te peccata tua & iniquitates abducunt quo meretis, nec his ſatis, inſuper puluerem terramque in Regem coniecit, quo grauiori eum irritaret ignominia. Tanta fuit hæc Regi inuſta calumnia, vt Abiſai inter nobiliores nobiliſſimus, conſobrinus Dauid, filius ſororis eius Saruiæ, hæc audiens impatiens, ſtringat gladiũ, eum mox trucidaturus: inquiens. Quis hoc, Domine mi Rex, ferat inultum? quis patiatur vt canis hic mortuus adeo contumelioſè Regiæ tuæ impudens exprobret maieſtati? Conuerſus ad illum Dauid, ſic ait: O Abiſai quàm multa ignoras? *Quid mihi & vobis eſt, filij Saruiæ? Dimittite eum vt maledicat? Dominus enim præcepit ei: vt malediceret Dauid: &c. ſi forte reſpiciat, Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* O Abiſai, quàm longè aberras à modo procedendi, quem Deus obſeruat! Tu tibi perſuaſum habes caſum hunc fuiſſe fortuitum, & infauſtis hoc auibus accidiſſe? toto aberras cœlo: nihil enim coram Deo caſuale, nihil inexſpectatum, omnia diuina eius diſponit prouidentia, illa ceu faciendo ceu permittendo. Non mero caſu viliſſimus hic ſcurra prodijt, vt tã atrocibus maledictis me Regem laceſſeret: Deo ſic permittente talia flagro ille in me euomuit, eiuſque placitum eſt voluntati, vt illa æquo ego perferam animo. Deus eſt qui hæc omnia moderatur, & quod ei placuit, factum eſſe cognoſco: *Dominus præcipit vt maledicat &c.* Audit Dauiſem D. Ambr. attulitque vocem: *O altitudo prouidentiæ! ô inſigne patientiæ! ô deuoranda contumeliæ grande incentum! Quam moraliter docuit, quod iniuriarum, vel periculorum noſtrorum tempora, tentationum certamina, & examina probationum ſunt, & ideo ſine diuino irrogari non ſolere iudicio. Exercetur bonus athleta conuitijs, exercetur laboribus & periculis dignus ſit, cui conferatur corona iuſtitiæ: & ideo ferenda patienter ſunt, quæ putãtur aduerſa.* Hæc illi cõformia ſunt doctrinæ quam alio loco expoſuimus: quamuis enim ſæpè numero actiones malæ ſint Deoque iniurioſæ, & tantũ ab eo permiſſæ: paſſiones tamẽ ex illis ortæ bonæ ſunt, & ab ipſa Dei ſapientia ad ſui nominis honorem, noſtramque ordinatæ ſalutationem.

2. Reg. 16.7.

2. Reg. 16.10.

Apol. 1. de Dauid c. 6. Tom 1.

## §. 4. Ecce defunctus &c. *Proponit Euangeliſta hunc defunctum ad oculum prædicantem: tanto maiori efficacia, quanto mouet efficacius id quod videtur, quam quod auditur.*

ACcedente igitur Chriſto ad vrbis portas: *Ecce defunctus efferebatur.* Nobiſcum loquitur Euangeliſta, atque declaraturus huius miraculi præſtantiam, quod Dominus ad ſui gloriam fecit, hoc intendit, vt primò oculos in defunctum conijciamus, in quo hoc operatus eſt ad ſalutem noſtram atque inſtructionem. Ad ſolidem hic cadit quod ante tetigimus ex D. Hier. vbi ſermonem infert de Luca Euangeliſta: in quo hoc attendit, nam verbis ſuis: *Et ſi nudã videatur ſonare hiſtoriam, ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, cuius laus eſt in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis eſſe medicinam:* de quo D. Paulus teſtatur: quòd eius fuerit diſcipulus, & comes indiuiduus ac chariſſimus, *Lucas medicus, cuius laus eſt in Euangelio:* q. d. quod quamuis vir hic ſanctiſſimus ſummam ex medicinæ ſcientia medendis apta corporibus mereatur laudem: verùm quod eum altius extollit, ſcientiam eſſe dico medicinæ curandis animabus expertiſſimam: ideirco namq; ſe ſcribendo dedicauit Euangelio, vt velut medicus tot ſalutis præſcripta proponeret, quot verba dictaret: *Quia omnia verba eius ſunt languentis animæ medicina.* Excellentiſſima ſunt autem ea, quæ nobis loquitur: *Ecce defunctus:* quæ licet hiſtoriam tantum videantur præferre; collyrium tamen vnguendis oculis continent aptiſſimum.

8. DI

I. Lucas bis medicus.

Epiſt. ad Paul. Tom. 1.

Coloſſ. 4. 14.

Vt ſapio D. Lucas ſignũ hoc ſcripturus eius recordatus eſt quod heri Dominus operatus eſt, educens animabus noſtris illuminandis remedium, ex eo quod heri patrauit, vt oculos corporis in hoc cœco illuminaret. Egit vt bonus tyro, qui diligenter attẽdens qua ratione magiſter ſuus medendi morbis

II. Lucas vt tyro ex Chriſto addiſcit artem medendi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

morbis medeatur, ex illo diſcit qualiter ipſe ſuis ſimiliter medeatur. Vidit aut intellexit, quòd Dominus heri, vt lucem tribueret viſumque cæco, oculos luto linierit: intẽdit ipſe lucem viſumque largiri noſtris, & illos pariter oblinit: *Ecce defunctus.* Oculos in mortuum deflectite, vel potiùs mortuum in oculis veſtris ponite: & experiemini qualem ſitis viſum recuperaturi, qualem de hominis infirmitate, de iuuentutis vanitate, de voluptatum, opum, omniumq; quæ mundus colit inanitate cognitionem.

Conceptus ſunt hi communes, verùm tantò magis neceſſarij, quantò cum illos audiamus quotidie, minus eos aduertimus. Intendit Euangeliſta vt oculos in defunctum attollamus, notemuſque, quòd de feretro, in quo mortuus iacet, velut de excelſiori cathedra, vel pulpito, nos doceat, prælegat, & prædicet, Eccleſiaſtes. Annotauit D. Auguſt. quòd ſi intuentes defunctos, aurem eis attentam præbere voluerimus, prædicatores ſunt adeo efficaces, vt taciturno profundoque ſilentio altiſſimè loquantur, non ad aures, ſed ad oculos viſumque illorum, & in docendi efficacia, ipſos ſuperet prædicatores, quos orbis admiratus eſt, eloquentiſſimos: *Vere ſi ipſa oſſa arida audire volueris, tibi prædicare poterunt & dicere: O miſer quantum pro cupiditate huius ſæculi diſcurris: aut quid ſuperbis, vel luxuria infœlicia oſſa ſubmittis? Attende ad me, & intellige, & conſidera me. Hoc quod tu es, ego fui, & quod ego ſum modo, tu eris poſtea.* Demonſtrationes efficaciores ſunt illæ, quos docet Matheſis, eo quod non tam fundentur in verborum rationibus ad aures, quàm in demonſtrationibus ad oculum ſuper ipſas figuras, quæ illis videndæ obijciuntur: ſicut quòd lineæ deductæ à centro ad circumferentiam ſint æquales: quòd triangulum habeat tres angulos duobus rectis æquales &c. quamuis enim hoc ex propoſitis rationibus inde pateat, clariùs tamen innoteſcit quando in circino ſuper ipſas figuras ad oculum id deſignatur, quod auribus erat indicatum.

D. Aug. *Serm. 66. ad Frat. in Erem. Tõ. 10.*

III. Mortui prædicatores ſunt ad oculũ.

Has credo rationes eſſe efficaciores, quas nobis proponit defunctus, quibus perſuadeat nobis ſæculi vanitatem, dignitatum inanitatem, opum ac voluptatum fumum & vmbram: non enim ſunt rationes auditui noſtro propoſitæ ſed euidenter viſui obiectæ: nam illam conſpiciendo liquidò conſtat, quid venuſta ſit puellæ pulchritudo, quam ventus adeo lěuis diſcutit: quid robuſtiſſimi vita adoleſcentis: quæ tam facilè euaneſcit: quid diuitiæ, quas tanti facimus: hic etenim omnes remanent; quid deliciæ, quarum nullum eſt inuenire veſtigium; quid caro quæ momento temporis à vermibus corroſa, & putredine confecta conſpicitur. Non ait defunctus, vt ait D. Aug. quid noſtri intonant prædicatores: *Audite me*, ſed *attendite ad me, & videte*; Ad oculum tibi in meipſo demonſtro, quale de rebus miſeræ huius vitæ, qua viuis ferendum ſit iudicium, ſi iuſtum ferre volueris.

9

IV. Operibus magis quã verbis Salomon prædicauit. *Eccl. 1. 11.*

Non nouit mundus prædicatorem ipſo Salomone Rege ſapientiſſimo ſapientiorem; Tantus quippe fuit, vt iure merito hoc ſibi nomen prædicatoris adſcripſerit: hoc enim ſignificat *Eccleſiaſtes*: ſic enim à Spiritu S. edoctus ait: *Verba Eccleſiaſtæ, filij Dauid, Regis Hieruſalem.* Et hoc ratione concionis vnius quam habuit ita celebrè vt inter libros canonicos S. ſcripturæ meruerit annumerari. Maior huius prædicatoris eminẽtia in hoc conſiſtit, quòd non tantũ loqui verbis voluerit ad aures, ſed operibus ad oculos in propria perſona manifeſtis; vnde nobis illũ ſermonẽ non poſuit, eo tempore quo ex altiſſima ſapientia colebatur in mundo celeberrimus: licet videatur hoc opportuniùs ad prædicandum, & docendum; ſed poſtquam omnes mundi diuitias, delicias voluptates ad luxum habuiſſet: ſit vt non tantum poſſet auribus dare verba prudentiſſima, quantum oculis demonſtrationes euidentiſſimas.

V. Salomon ſenex pœnituit.

Communem ſequor Doctorum ſententiam, dum dico quòd quamuis Salomon ſe tantopere tradiderit impudicis ganeo mulierum amoribus, vt propter illas homo, tanta quanta ille ſapientia præditus, ad ſummam delapſus ſit calamitatem, miſeriam & amentiam, vt idola pronus adoraret, execrandam nomini ſuo (teſte Spiritu S.) inurens maculam: veruntamen iam ſenio confectus, gratiaque Spiritus S. corroboratus, ſe conuertit egitque non leuem pœnitentiam. Ita ſentit D. Hieron. fuitque communis Hæbræorum traditio, quam idem confirmat, ipſius Salomonis citans verba iuxta lectionem Septuaginta. *Nouiſſimè ergo egi pœnitentiam, & reſpexi, vt eligerem diſciplinam.* Patrem ſuum Dauidem ſpectaſſe crediderim qui peracto peccato ſerius pœnituit; & ſimul docere ſtuduit peccatores, eorum factus iam prædicator: hoc enim indicatur, quando in notiſſimo illo pſalmo: *Miſerere* remiſſionem à Deo efflagitans, ſe ſpondet ilico prædicaturum peccatoribus tanta verborum mentiſque efficaciâ, vt omnes ſperet eſſe conuertendos: *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.*

*In c. 12. Eccl. In c. 43. Ezech. & lib. contr Iouinia.*

*Pſ. 50. 15.*

Nulla

Nulla quippe concio vim habet efficaciorem, quàm ea quæ non tam docetur loquendo ad aures, quàm ad oculos id quod prætendimus, exponendo. In me Domine mi, oſtendam illis, quid ſit vna tentatio, quæ celeriter adeſt vt peregrinus, citiuſque pertranſit: quid ſit voluptas quædam carnalis adeo procurata, & quàm immenſis hæc ematur impendijs; quantis exponat id periculis, quod velociter in aëre euaneſcit & quod poſt ſe relinquit, nihil eſt aliud, quam pudor, confuſio, & per totam vitam ploratus inceſſabilis. Ad oculum ego ſceleratis in hoc me deſignabo, ſpondet Dauid, eritque concio hæc adeo efficax: *Vt impij ad te conuertantur.* Hoc egit Salomon ſaniora doctus, & meliora ſapiens in ſeipſo de rerum mundi vanitatibus: prædicare vult clariùs oſtendẽs has modo demonſtrationes ad oculum, quàm ante potuiſſet ad aures. Ita hoc amplius perpendit in ſingulari D. Thom. ſuam igitur exorſurus prædicator hic cõcionem pro themate ſumpſit ac fundamento: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* O quanti momenti thema! Hoc ex mente D. Chryſoſt. dum ſcribit id quod Eutropio contigit Imperatoris Arcadij familiari intimo, qui ex altiſſimo auctoritatis gradu, repente ad tantam delapſus eſt miſeriam, vt labi non potuerit ad grauiorem, hoc, inquam, oporteret locis omnibus inſcribi, ad quæ conuertere poſſemus oculos; & amplius quidem in anima: *In parietibus, in veſtibus, ita in foro, in vijs, in ianuis, ſed potiſſimum in anima, omni; ue tempore cognitione obſeruari.* Et hoc, inquit, dicere nos oporteret quando inuicem occurrimus in conſiſtorijs vbi lites agitantur, in plateis vbi tanta ſolicitudine delicias ſectamur, in foro vbi de conquirendis diuitijs ſermonem inſtituimus; in aulis vbi dignitates gradu ſque ambimus altiores: in menſis vbi corpus delicijs enutrimus genialibus: *Vanitas vanitatum, &c.* Hæc omnia magna ſunt vanitas: *Hoc dicto in prandio, in cœna, cœtu, quemcumque proximum ſuum compellare oportebat, illeque viciſſim ab eo audire. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.*

*Opuſc. de Regim. Princ. l. 3. c. 8.*
*Eccl. 1. 1.*
*Hom. in Eutrop. Tom. 5.*

VI. Vanitas vanitatũ thema prædicatorum. D. CHRY. *Tom. 5.*

*Inpſ. 132.*

VII. Deo gratias Monachis aſſuetum occurrentibus dicere.

Expendit D. Auguſtin. quod olim Religioſi qui mundo renuntiantes ad ſolitudines antraque ſe receperant, ſibi mutuo occurrentes, hoc dicto ſeſe ſalutabant. *Deo gratias:* quæ adhuc conſuetudo viget, quo verbo ſignificabant: magno id adſcribendum Dei beneficio, quod ſe mutuo viderent occurrerentq; Monachi: vnus pro altero orabat, hic illum excitabat ad meliora, quocirca Deo gratias referebant: Cæterum id quod mundi ſectatores habere oportet in ore frequentiſſimum: eſt, vt hortatur Diuus Chryſoſtomus. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

*Lib. 1. Retract. c. 7.* 10.

Multis annis legit D. Aug. vt ipſe teſtatur, iuxta quorundam textum: *Vanitas vanitantium.* Vanitas eorum quæ euaneſcunt: ſic in multis eius operibus legitur: verum adhibitis correctioribus textibus, ſeipſum correxit, & legendum eſſe dixit: *Vanitas vanitatum:* idque ratione quadam diuina. Prima lectio culpam videtur ipſis rebus imputare: quod illæ ſint, quæ nos decipiant, & vanos efficiant: hoc enim eſt *vanitare.* Verum enim vero non ſic eſt, quia nullius ſunt reæ culpæ, nec in ſe vires habent, quibus nos vanos efficiant: ſicut habet vinum perturbandi, & circum agitandi caput, ſimiliter nix infrigidandi &c. ſi namque ea, quæ mundi ſunt attentius vt oportet conſiderentur; illa ipſa ſuam demonſtrant vanitatẽ, & nos ipſi ſumus qui nos ipſos fallimus iiſq; ſeducimus; nec in rei veritate dicere poſſumus, quòd ipſa nos ludificent: nemo quippe nobis euidentius digito monſtrat eorum vanitatem, quàm ipſamet ſua nulla ſubſiſtentia, mutabilitate, inconſtantia, & dum nobis per ſingulos dies ad oculum deſignant, quod eo tempore, quo maximè illis fidimus, nos deluſos, captoſque deſerant. Si quis inniti vellet arundini confractæ & conquaſſatæ, illi confidens, non ipſa deciperet illum arundo: ipſa namque vires ſuas oſtenderet euidenter imbecilles: ille ſe vult decipere; tali rei confidens. Abſque vlla larua quotidie terrena hæc ſuam produnt vanitatem: vnde non ipſa nos circumueniunt, ſed nos ipſi nos volumus per illa ſeducere: quocirca ait Apoſtolus: *Nemo ſe ſeducat.*

VIII. Terrena ſuam non bis oſtendunt vanitatem.

*1. Cor. 3. 18.*

Agit igitur modo Salomon prædicatorem; cum enim per omnia tranſierit, optimè poterit omnia hæc ad oculum in ſeipſo demonſtrare. Huius rei gratiâ concionem ſuam orditur hoc themæ in ſeipſo verum eſſe deſignans. Repræſentat, quòd per omnia tranſierit, quæ mundus æſtimat opulenta, pulchra, voluptuoſa, vtilia, & concupiſcibilia. Conſeruauit ſibi diuitias innumerabiles: palatia ædificauit magnifica, hortos plantauit deliciarum, menſas inſtruxit omnigenis ciborum ferculis guſtui ſapidiſſimas: ſcrinia vel abacos habuit vaſorum ex auro, argento, cryſtallo, quæ viſum recrearent precioſiſſimos: ſociauit ſibi choros cantorum, vocum, inſtrumentorum admirabiles: mulierum amori ſe tradidit vltra decentiam, habuitque vxores & concubinas per centenas & centenas; quod ſi inſpicere volueris (inquit) quam hæc omnia ſubſtan-

IX. Salomon in ſeipſo omnium oſtendit vanitatẽ.

ſubſtantiam habeant, meipſum modo intuere annis grauem, pediculis inguinalibus ſordidum, pudore confuſum, metu mortis tremulum, iudicia Dei ſummopere exhorrentem: nec enim aliud mihi video lugeoque ſuper eſſe ex his quæ tantopere deſideraui, quæſiui, & inueni: *Cumque me conuertiſſem* (ſic loquitur) *ad vniuerſa opera, quæ fecerunt manus meæ & ad labores, in* (Eccl. 2. 11.) *quibus fruſtra ſudaueram: vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.* Quis hæc ſapiens verba perſcrutetur? Cum oculos meos conuertiſſem ad omnia, quæ curioſiùs inueni, laboraui, operatus ſum & obtinui, tandem inueni, & me modo talem inuenio, qualem eſſe me conſpicitis, ſic vt nihil mihi ſuperſit, euanuerunt omnia, & ſola me cruciat manetque afflictio, dolor, confuſio mundi, timor mortis, diuini horror iudicij, mihique contigit quod illi, qui duriſſimam habet nucem, quam poſtquam non ſine magno dentium dolore confregerit, inanem eſſe reperit, & præter intolerandum dentium dolorem gemit nihil ſibi ſupereſſe: *Vidi in omnibus vanitatem.*

Nomen hoc *vanitas*, in Hebræo ponitur *Habel*, quod D. Hieronymus adſtruit ab alijs interpretatum legi: *Vapor, fumi, aut aura tenuis.* Alij ſcribunt *halitus*: An aliquid dari poteſt inanius? O quæ hæc eſt conſideratio. Vtinam poſtquam tuis fræna laxaſti vanitatibus, oculos ad hoc reflecteres, cui vacaſti, ac diligenter attenderes quid tibi ex hoc remaneat, quid in tui lucrum ſis ſecutus, quid perdideris, quid obtinueris? quàm dolenter ingemiſcit ille periculoſo ægritudinis ſtatu confractus, dum ſe luget à medicis derelictum, oculoſque ſuos reflectit ad ea in quibus ſe occupauit, tempuſque triuit ſceleratus? In fumos euanuere deliciæ, tranſiere recreationes, honores exſpirauere, remanent hic diuitiæ, illum mors inceſſanter impugnat, illum terribile Dei exſpectat iudicium: in quo reddenda eſt illi ratio de puella violata, de paupere oppreſſo, de opibus male expenſis, de tempore vanitatibus occupato. Meipſum intuere, clamat Salomon: etenim in meipſo me oculis omnium objicio, vt rerum omnium videant notentque vanitatem. Optimus ſermo oculis magis, quam auribus exhibitus.

X. Defunctus Optimus eſt prædicator.

Quod ſi Salomon iure merito ſibi nomen aſſumpſerit prædicatoris: eo quod non tam verbis loquatur ad aures, quàm demonſtrationibus ad oculos, ea denotans quæ ſibi ex omnibus mundi rebus ſuperfuerunt, & quem tandem exitum finemque habuerit: collige quo meliori iure nomen hoc mereatur hic defunctus, qui tranſactis multis opibus, honorum gradibus, carnis delicijs, ijſque omnibus quibus eum mundus cumulauit, ſe veſtris objicit oculis, deiectum in feretro, corpus proſtratum, oculos clauſos, manus cancellatas, ad tumulum delatum, vbi corrodant eum vermes, & terræ pugillus corpus contegat exanime. *Ecce defunctus.*

Myſtica valde ſunt Diui Pauli verba, de Abele locuti adoleſcente ſanctiſſimo qui primus omnium in hoc mundo mortem guſtauit, quod bene viuendo prædicarit, quando, vt diximus viua fide Deo conſecrans accepta ſacrificia, fratri (Ho. 6. n. 7.) ſuo Cain prædicauit quanti referret Deo ſeruire quòd tandem omnia eſſent finem acceptura, qui iuſtos perpetua & ineffabili gloria remuneraret, reprobos autem & iniuſtos æternis addiceret cruciatibus exurendos. Occidit Abelem Cain, iuſtum improbus, eo quod ſibi concio illa diſpliceret, crederetque à fratre magni fieri terrenorum contemptum, quem rationes illius ſtringebant arctiſſimè: verumtamen non idcirco à ſpiritu prædicandi deferbuit, quinimo mortuus animoſiùs fortiùſque prædicauit: *Defunctus adhuc loquitur.* Aduerbium illud *adhuc* (Hebr. 11. 4.) hoc in S. Scriptura ſignificat, ſicut dum de Saulo loquitur: *Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis.* (Act. 9. 1.) Acerrimo ſpiritu flammeſcens Saulus perſecutus fuerat Chriſti colas, verùm in illos perſecutionem hoſtili magis adhuc animo conceperat dum Damaſcum tenderet &c. ſimiliter quando Pharao multiplici flagello cæſus non emendatur, ait Dominus: *Adhuc vna plaga tangam Pharaonem, & Ægyptum.* (Exo. 11. 1.) q. d. duriori flagro, & plaga concutiam illum plectamque crudeliori. Hoc inquit Apoſtolus ex iudicio D. Chryſoſtom. Eleganter valde prædicauit Abel (D. Chry. Ho. 22. in c. 11. ad Hebr. To. 4.) viuus, doctrina & rationibus quas propoſuit, multò tamen validiùs, & efficaciùs loquitur, prædicatque mortuus. *Non tantum efficit oratio, quantum illius perpeſſio.* Ita modo potenter prædicat, quando in ſeipſo demonſtrat, quam parum ſibi ex his quæ poſſederat remaneat; quàm modicum ſecum deferat ex ijs quæ lucratus eſt; quàm velociter hæc terrena tranſuolent, qua ratione vita deficiat, vt halitus, vapor fumi, vt aura tenuis.

XI. Abel defunctus adhuc loquitur.

XII. Optimè

Hoc omnibus ſinguliſque mortuis optimè quadrat, præſertim doctioribus, ditioribus, potentio-

quilibet defũctus adhuc loquitur.

tentioribus, & auctoritate in ſæculo grandioribus. Quàm diſertè terſeque Prælatus ille de pulpito perorauit? quam eleganter terrenorum declarauit, aperuitque vanitatem? Verum eſt: *Sed defunctus adhuc loquitur:* expreſſius hoc declarat, hoc pronus in feretro, hoc tumulatus in ſepulchro, in quo tota illius maieſtas, auctoritas opeſque concluduntur, quàm ad votum omnium locutus eſt iudex ille ferens ſententiam, throno ſuo ſublimis, & cæteris autoritate ſuperior? *Sed defunctus adhuc loquitur.* Elegantius multo nunc loquitur mundana condemnans, quàm vana ſint & inania declarando. Quâ pompâ familiæ ſuæ talis oſtendit ſplendorem, & ornatu ſuo cultuque corporis quàm bene prolapiæ ſuæ ſtemma prætulit illuſtriſſimum? *Sed defunctus adhuc loquitur:* Incomparabiliter melius nunc exponit quàm inania vanaque fuerint hæc omnia, & quàm parum illi prodeſſe potuerint, niſi in quantum illis vſus fuerit, ad Deo ſeruiendum tanto feruentius. O qualis hodie loquitur prædicator: *Ecce defunctis* adoleſcens forma venuſtiori ſpectabilis, opibus prædites, in delicijs habitus, flore vernantis ætatis excitatus, in feretro proſtratus, hic te alloquitur, inquit D. Aug. *Attende ad me & intellige, & conſidera me, vt vel ſic tibi horreat luxuria tua, vel auaritia tua. Hoc quod tu es, ego fui &c.* Inſuper & hæc omnia vt credo, Spiritus S. nobis inculcat, qui nos velut huius defuncti ſtatuit auditores, & ipſum in feretro velut in pulpito concionantem: *Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie:* Verba ſunt hæc fœta conceptibus ab alijs ſatis ſuperque declarata.

Eccli. 38. 25.

### §. 5. Ecce defunctus. *Verba hæc Recipe continent ſalutis, quod nobis Lucas medicus diuinus præſcribit.*

☞ 11 I.

Tria in filio illo conſideranda.

**E**Cce *defunctus.* Quandoquidem Euangeliſta Lucas diuinus ille medicus oculos à nobis exquirat, quos in defunctum hunc dirigamus: oportet particulare quippiam comprehendat, vt eiuſdem attentus intuitus in non paruam ſit nobis ſalutem profuturus, nec aberro: tria namque particularia in illo conſiderat. Primum, quod adoleſcens fuerit. *Adoleſcens* in flore iuuentutis maximè vegetus, alacer & excitatus; ingrediebatur velut generoſus equus huius mundi ſtadium calcando, quaquauerſum arrogans circumſpiciendo, & ab omnibus attentè conſpectus, de quo eloquenter D. Gregor. Nyſſen. Secundum: diuitijs affatim abundabat. Hoc nobis exprimit turba copioſa funus concomitans, honoranſque matrem viduam: maior quippe ciuitatis ad ſepulturam pars confluxerat: *Turba ciuitatis multa cum illa.* Tertium: quòd filius eſſet chariſſimus, animæ matris delicium: hoc confirmat, dicendo: *Filius vnicus matri ſuæ, & hæc vidua erat.* Hoc ſolum aſſerendo, quòd filius eſſet vnicus matris viduæ diuitis; iam intelligimus, quod omnigeno deliciarum apparatu in cibo potu & veſtitu, & omnibus quibus gaudere poſſet, frueretur: cum in ipſum omnes maternorum viſcerum ſolicitudines curæque collimarent. q. d. Euangeliſta: Ecce, illum intuemini: qui licet robore fuerit iuuentutis præmunitus, pluribus protectus opibus, omni deliciarum genere defenſus, portam tamen ad eum intrandi mors inuenit, ſic vt ingreſſum illi prohibere fuerit ipſi impoſſibile. Hunc vult vt attentè conſideremus. *Ecce defunctus efferebatur.*

Ho. de hominis opific. c. 25.

II. In Pharao ne Deus oſtendit potẽtiam ſuam.

Hortatur vt eius particulares perpendamus conditiones; quòd adoleſceus, quòd diues, quòd tenerrimè educatus. Mortes illæ frequentiùs operantur in hominibus, illiſque timorem incutiunt, vt mors illa Pharaonis totiuſque exercitus, contra Iſraëlitas, quos vnico flatu maris fluctibus inuoluit Dominus demergendos. Nemo ſatis hiſtoriam admiretur Iſraëlitarum. Numeroſum contra eos Pharao conſcribit exercitum, adeo ſtupendum ac terribilem, vt facile dixeris nullas ei poſſe vires obſiſtere. Voluit nihilominus Deus brachij ſui inuicti demonſtrare potentiam: conuerſus enim contra Pharaonem in defenſionem fauoremque gentis Iſraëliticæ, aduerſarios omnes, flante ſpiritu ſuo, pelago demerſit numquam emergendos, ſic vt illis nec currus, nec equites, nec arma, nec milites, nec magnates, nec cuſtodes potuerint auxiliari, ſuppetiaſque ferre pereuntibus. Quid hoc rei? vt Rex tantus taliſque toto ſpectante mundo, ad omnium oculos merſus intereat? Vtique: voluit enim hic Deus brachij ſui excelſi notam facere potentiam in Regem adeo formidandum, vt terrore cunctos percellat Ægyptios; Et horum Monarcharum, fortiorumque mundi cladibus perterrere illos: qui mundi ſtatura ſectantur. Quando pauperculus quidam diſcedit, cæteri nihil timent, nec huius mors illis timorem incutit, ſed nec in illo quidem ſiſtunt, aut de eius morte ad propriam argumentantur, nec quia ille moritur, ſibi mortem carent obuenturam:

III. Timor magnatũ magnates percellit.

turam: ſibi namque perſuadent ſe longè abeſſe ab illis acidentibus, fame, nuditate, paupertie, ſolitudine, medicorum, medicinarumque defectu: his enim omnibus pauperiores indigent, hæc ipſi cuncta patiuntur. Sic cenſent diuites, potenteſque ſæculi, quòd mors in illos habuerit ingreſſum, eo quod domum habuerint apertam, indefenſam: at quando Regem audiunt obijſſe potentiſſimum, magnatem, vel dignitate primarium, tunc illos capit vehemens admiratio, percellit timor, inuadit horror, crucem ſibi ſignant, ſupercilia attollunt, contrahunt humeros, ſtupidi hærent ſibique mutuo colloquuntur: ſi propugnacula illa & fortalitia non defenderunt inhabitatorem: ſi diuitiæ illæ & theſauri apparatorem non corruperunt: ſi medici non curarunt infirmitatem: ſi tales medicinæ humorem non expulerũt: ſi tales ſubſtantiæ facultatem & vires non roborarunt: quid eſt quòd fiduciam ſpemque collocemus in ijs omnibus quæ mundus poſſidet? Hic brachij ſui potentiam Deus demonſtrauit: *Manum validam.* Per hoc ſtrinxit, & horrore perculit etiam potentiſſimos; & ſi ſedulò cogitares, veram ageres de ſceleribus pœnitentiam.

*In pſ. 75.* Hoc vt opinor Dauid inſinuauit, ſententia eſt Theodoreti, quòd ad litteram loquatur pœnam cladem que vaticinans, quam poſtmodum Deus in diebus Regis Ezechiæ ſumpſit de Rege blaſphemo Sennacherib, eiuſque exercitu: quia cædente Angelo ſub vnius noctis ſpatio interfecit centum octoginta quinque millia bellatorum: ipſe mortem euaſit (a) crinem præ mœrore diſcerpens, ſummo pudore confuſus, imò ſibi ipſi indignatus: & hoc ipſum pſalmi titulus videtur indica: *In finem pſalmus, Aſaph canticum ad Aſſyrios.* Contemplatur pſalmiſta tyrannum faſtu arrogantem, deleto exercitu, ſolum, inualidum, fugitiuum, confuſum, inopem conſilij: conſiderat, perpenditque proſtratam eius ſuperbiam, vires eius elumbes, ſuam agnoſcentem infirmitatem: quo circa non dicit: *Cogitatio Regis*, ſed *cogitatio hominis.* Hæc eſt ita hæc eſt, quæ magnificat, laudatque Dei potentiam, videre momento temporis hominem adeo illuſtrem, diuitem, potentem & Dominum abſolutum, deiectum, confuſum, ſolum, fugientem. Hic patet, quàm exigui ſit valoris tota mundi potentia. Vtinam hæc attenta mente, animoque crebro perpenderes, quàm lætos Deo dies feſtaque conſecrares? Hæc illa, illa pœnitentia: hæc ſunt illa feſtiua gaudia, quibus cœlum exhilaraſcit: *Gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Hac de cauſa volens Eccleſia grata hæc feſta in quadrageſima exordiri, hanc de morte celebrat memoriam: *Memento quia puluis es?* O homo, cogita, recogita, in quod terminent omnes terræ celſitudines, & luce clarius cognoſces, quid rerum ſint diuitiæ, deliciæ, honores, quas ſummo ſtudio ſitentiſſimus aucuparis: quandoquidem in ijs, qui illis præ ceteris potiti ſunt, mors capiat experientiam: & hic pariter Dei manus potentiſſima reſplendet, quandoquidem tanta deleat perdatque facilitate illos quibus nullos agnouit orbis eſſe potentiores. *Luc. 15. 9.*

*(a) Con… ma… noreu… la ca… beca.*

*Pſ. 75. 21.*

III. Dei ſplendeſcit potentia.

Habeo ex D. Auguſt. (illius eſt ille tractatus qui nomine eius circumfertur & inſcribitur: *Speculum peccatoris*) nullum eſſe poſſe remedium quo liberemur à peccatis, illo efficacius quàm de quo Spiritus S. aſſeueranter affirmat quòd qui illo vſus fuerit, vt conuenit, non peccaturus ſit in æternum ſic vt pereat: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Aduerte cum D. Aug. primo à Spiritu S. in remedium aſſignari meditationem: hæc etenim ea eſt, quâ diteſcit anima, & ipſum nomen inſinuat *Meditatio*: q. d. *Mentis ditatio*, & nos expendimus ex D. Ambroſ. ſunt quippe meditationes ſanctæ quæ de capite germinant velut capilli Samſonis: qui ſi fuerint integri & vigoroſi, vires vincendis hoſtibus præbent fortiores, ſin autem reſcindantur, talis ſine illis remanet anima, qualis extitit Samſon, dæmonum voluntati, ac ludibrio, ſicut Samſon Philiſtinorum, expoſita. Quocirca Moyſes eos perditos eſſe cenſuit, quibus hæc deeſſet pia meditatio: *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: vtinam ſaperent, & intelligerent ac nouiſſima prouiderent:* hæc ſunt ea verba de quibus D. Aug. fusè diſcurrit: hunc quoque defectum in peccatoribus Dauid aduertit: *Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.*

*c. 3. 4. 5. Tom. 9.*

*Eccl. 1. 40*

IV. Meditatio mortis peccata.

*Tract. 1. 2. 166. 167. l. 2. de Spiritu S. in prolo. ad finem.*

*Deuter. 32. 28.*

*Pſ. 91. 7.*

Inter omnes ſanctiores meditationes quæ ſunt aptiſſimum ne pecces, remedium, vexillum erigit attenta meditatio. Ea eſt, quam definit Spiritus S. *Virtus continendi omnia*, & extuli in remedium vt ſerpentem æneum, de quo plures diſcurſus propoſuimus. Modò autem expendimus illius præſcripti ſalutiferi verba ex ore Salomonis: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua & in æternum non peccabis.* Vtinam dum lubet talis adire domum, ſedulo conſiderares, quod te in ea poſſit mors inuadere, teque momento temporis de hac vita ad perpetuas & voraces inferni

*Tractat. n. 2. à § vſque 47.*

flammas

flammas præcipitare in æternum ! ſi quando ad tabernas procurris luſorias hoc animo volueres : fieri poteſt, vt hic me mors arripiat, ſiſtatque tremendo Dei iudicio condemnandum, ſi quando ita ſtrenuè laboras acquirendis diuitijs infatigabilis cum effectu perpenderes : fieri poteſt, antequam hæc ad manus meas deuenerint, in manus ego prius deuenero mortis, ſuiſque me illa comprehendet, & vili mihi ſoluet linteolo.

☞ 13 V. Allegoria de locuſtis in Ægypto.
Ex intenſiori calore in Ægypto prodierunt locuſtæ in tanto numero, & adeo perncioſæ vt nihil viride in campis, aut arboribus relinquerent non corroſum. Accurrit Pharao ad Moyſen, atque : Ecce peccauimus, ſuccurre nobis, & poſtulata cuncta concedemus. Confugit Moyſes ad Dominum, auxilium efflagitat. Dabo, reſ-
Exo.10.13 pondet Dominus, efficaciſſimum. *Flare fecit ventum Dominus ab occidente vehementiſſimum & arreptam locuſtam proiecit in mare rubrum, non remanſit ne vna quidem.* O ventum occiden-
1. Ioan.2.16. talem, quam efficax eſt ad omnes exterminandum locuſtas, omnes eliminat, nec vna quidem
1. Ioa.5.9. ſupereſt. Locuſta ſymbolum eſt planè egregium peccati, quod enim ipſa damnum infert campis, videbis quod ipſum idem inferat animæ : nam illam deſtruit, gratiæ conſumit venuſtatem, charitatis fœcunditatem, donorum Spiritus S. virorem, meſſemque meritorum copioſiſſimam. Naſcitur hæc locuſta ex calore immodico concupiſcentiæ, qui nos exurit : hoc
1.2.q.70. à 3. c. & in c. 3. ad Corinth. lect.1. enim ait D. Ioannes : *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia eſt.* Totus hoc igne peſtilentiali mundus inardeſcit : *Totus mundus in maligno poſitus eſt.* Exponit hoc D. Thomas. Totus mundus hoc igne amoris proprij maledicto inflammatur.

2. Timot.3.4. Ex hoc tanta locuſtarum oritur multitudo, quantam manifeſtat D. Paulus : *Erunt homines ſeipſos amantes.* Concupiſcentia flagrantes, ſui ipſorum Narciſſi : *Cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes ingrati, ſceleſti &c.* Tu teipſum conſidera, quot de tua concupiſcentia locuſtæ pullulent peccatorum : quot concupiſcas delicias, honores diuitias, recreationes, delicata cibaria : quis illam impudicitiæ excitauit locuſtam quam tanto tempore cum inhoneſta ſeruas amicitia ? quis furtorum produxit locuſtam, quibus pauperum ſanguinem vt ſanguiſuga exſuxiſti iniuſtiſſimus ? quis odiorum & factionum locuſtas, quibus in eum conſpiras, quem vel leuiter læſiſſe honorem tuum arbitraris. Heu quot ſcelerum locuſtis mundus imple-



tur ? En tibi qualem illum deſcribat vatidicus
Oſeas : *Maledictum & mendacium, & homici-* Oſe. 4. 2.
*dium & furtum, & adulterium inundauerunt, &* VI.
*ſanguis ſanguinem tetigit.* Quid remedij ? Ven- Mortis
tus exurgat vehementior ab occidente. Mor- conſidera
tem deſignat occidens, vbi nobis vitæ ſol occi- tio pecca
dit. Spiritus potentiori ab illa regione te perflent ta pellit.
venti, id eſt conſideratio viua, ſedula, tibi certo eſſe moriendum, te ventus hic potenter impellat : *Ventum vehementiſſimum ab occidente;* Non leuis ſit & tranſitoria meditatio : hæc etenim, (vt prædiximus die Cinerum) omnibus eſt communis, ſed ardentiſſima : *Ventum vehementiſſimum*, ſtringens fortis ac talis vt te ipſum conſideres velut mortuum, te ipſum tibi proponas, (& fieri poteſt, vt ſit hodie) iam cum candela in manu exſpirantem, & modo ex hac vita emigrantem, omnia, quæ in ea poſſideras, deſerentem, ad portam deinde conſiſtentem æternitatis gloriæ cum Deo immenſæ, vel horrendorum cruciatuum cum dæmonibus abyſſis demerſum infernorum. O quis in te ex hac conſideratione effectus proueniret ? Vide qualem in Apoſtolo Paulo hæc conſideratio ſit effectum operata : hunc nam-
que verbis illis inſinuat : *Quotidie morior fra-* 1. Cor. 15:
*tres.* 31. Orat.
Ex illis eijcit D. Ambroſ. illam non vulga- de fide re-
rem animæ medicinã: *Sit nobis quotidianus vſus* ſurrect. in
*quidam moriendi.* Quod peramplè ventilauimus. obitu fra-
Hoc igitur eſt præſentiſſimum ad non peccan- tris ſui.
dum antidotum ; & idcirco diabolus, nos ad Tract. 1. n.
peccandum excitaturus, præ cæteris adlabo- 176. & 214
rat, hoc ab oculis diuertere conſiderationis. VII.
Hanc mortis meditationem Deus primæuis pa- Mortis
rentibus noſtris præſcripſit in remedium effica- conſidera
ciſſimum, ne forte in peccatum inciderent ; tio Adamo
quando collocatis in paradiſo voluptatis hoc eis obijcitur
præceptum iniunxit ? *In quocumque die comede-* ne peccet
*ris ex eo : morte morieris :* comedere & mori v- Gen. 2. 17.
num erit. accedit diabolus, vtque illum in peccatum præcipitet, omnimodis ſtudet hanc illi eripere conſiderationem, nullumque mortis peri-
culum ſubeſſe, perſuadere : *Nequaquam morte* Gen. 3. 4.
*moriemini.* Abſtulit hoc ab anima hominis, & VIII.
continuo corruit illa. Efformat Rex imaginem Similitu-
ſibi ad viuum ſimillimam, in qua cultus illius do.
veſtium & pulchritudo demonſtratur pictura valde eminenti, inſerit illam laminæ aureæ, quam deinde in ſecretiſſimo collocat cubili, clauo ſuſpenſam fortiori : quo tempore clauus ille parieti inhæret firmus, integra conſeruabitur imago : verùm ſi quis acceſſerit, & fortiſſimis

R r cum

eum extraxerit forcipibus tanto in terram impetu corruet, vt tota diſtringatur lamina contuſa, pictura confracta, & in partes diſcerpta.

Prototypon illud depinxit Deus, primum intelligo hominem, vt ſui imaginem: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.*
Eccl. 17. 1. Hoc eſt quod Salamon ait: *Deus creauit de terra hominem, & ſecundam imaginem ſuam fecit illum, &c. & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute:* Animam illam laminæ illi corporis inſeruit, quod licet de terra formatum illi tamen ſplendebat gratum prærogatiuis. Collocauit eum
IX. Diabolus mortis conatur abolere memoriam.
in abditiſſimo ſeceſſu quo non habebat in mundo ſecretiorem, in paradiſo nempe terreſtri: *Fecit Deus hominem, & poſuit in paradiſo voluptatis.* Affixit illum in obedientia, & præcepti ſui obſeruantia, fortiori illo clauo timoris mortis, illi conſtanter aſſeuerant, quod ſi comederet, ilico moreretur: *In quocumque die comederis &c.* Aduolat ſatan, prototypon illud conatur diruere: clauum impetit mendacibus illis fallax rationibus. *Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis? Nequaquam morte moriemini.* Vnde hoc ſequitur & quæ ratio quòd guſtato illo fructu moriemini? Numquid hæc arbor cæteris ipſa pernicioſior? Quinimo antidotum eſt pectorale, quod vitam vobis conſeruabit; & quidem diuinam: *Eritis ſicut Dij.* Fidem diabolo parentes noſtri præſtiterunt, quô factum eſt vt clauum illum timoris mortis euulſerit, ſicut illam ſuis numquam oculis viderant, nec experientiâ didicerant, qua ratione illa ſubintraret foras amplius non expellenda. Vita fruebantur quieta, tuta, incolumi, nullis ſubiecta accidentibus, nullis obnoxia infortunijs in corpore ſuo effectum ſentiebant iuſtitiæ originalis: erat hæc vigor quidam incorruptionis, in quam nihil poterat mors operari. Hoc igitur modo corruit noſtræ naturæ imago præcellentiſſima, cecidit, confracta eſt, diſſoluta, perdita eſt: *Per vnum hominem*
Rom. 5. 12. *peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt.*

Nobis non potuit hoc perſuadere, nec clauum hunc ex toto euellere: nobis etenim acclamat
Heb. 9. 27. fides: *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* Quotidiana & continua hoc nobis adſtruit experientia, quæ nobis cum Dauide loquitur: *Quis*
Pſ. 88. 49. *eſt homo, qui viuet & non videbit mortem?* Hoc
X. quod in corpore noſtro tot miſerijs oppleto ſen-
Non mortem nobis timus, ſemper illud ipſum intonat: nec eſt quis ita ſenſibus impos, cui conetur perſuadere diabolus: *Nequaquam morte morieris:* vt enim ait
diabolus negat, ſed tempus.
Salomon: *Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam*: Hoc autem nobis ſuggerit,
Eccl. 9. 4. ſtudetque perſuadere, mortem non eſſe adeo viciniam: iuuenis es, viribus polles, vt rupibus ipſis obſiſtas valentiori ſalute gaudes, qua non poſſes frui meliori, non eſt quod modo mortis timeas impetum vitæque defectum, deinde diuitijs abundas; vt ſi decumbas infirmus continuò medicum appelles, ad manum habes delicias, medicamenta, quibus dum æger decumbes deperditas poſſis vires inſtaurare.

### §. 6. *Vmbris bonorum & diuitiarum ſæculi conatur diabolus hominibus abſcondere memoriam horamque mortis, vt eius immemores in peccato perſeuerent.*

HAnc dæmonis aſtutiam expoſuit Dominus de eo locutus in figura elephantis, 14 D. Tract. 7. ſ. 6.
quem vocat Behemoth, nomen hoc beſtias ſignificat in plurali: eſt etenim hoc animal, ve- Iob 40. 14.
lut cumulus plurium animalium, vt declarauimus. L. 9. de hiſto. animal. c. 46.
Dicitur vmbram appetere, & in locis vmbroſis ſibi quietem deligere: *Sub vmbra dormiat,* & vmbram ſuam vmbra contegit: *Protegunt vmbræ vmbram eius.* Auctores litterales curioſius inquirunt, qua ratione illud elephanti conueniat.
I. Natura elephantis.
Idcirco aſſerit Ariſtoteles, quod tali modo quærat ametque loca fluminum vmbroſa vbi ſpiſſiores arborum rami pullulant, vt licet non poſſit nuncupari, inquit, animal *Fluuiatile, tamen riparium dici poteſt.* L. 2. de partib. animal. c. 16.
Et alibi dicit idem philoſophus quòd ſit animal natura ſua ſimul terreſtre & paluſtre. Hoc idem adſtruit Ælianus dicens tanto calore elephantem naturali mardeſcere, vt ab illo conſumatur & exuratur, & neceſſe illi ſit loca quærere condenſa, & aquatica, in quibus arborum creſcit multitudo, folij amplisſimarum quatenus à ſolis radijs contectus tanta poſſit humiditate calor interior, quo conſumitur attemperari. Lib. 1. c. 25.
Alij dicunt quod ſicut ex naturali inſtinctu cognoſcit vmbram ſuam alijs eſſe animalibus formidabilem, illam abſcondere ſatagat; ſemper per loca obambulans condenſa inter arbores, quarum vmbrâ vmbram illius protegat: fieri poteſt vt hoc ita ſit: verumtamen hoc loco declarat Deus multa de Behemoth, quæ difficulter de elephante aut alio animali poſſumus interpretari. Quocirca communis Patrum interpretatio ſentit, Deum hic ad litteram loqui de diabolo, magis quam de elephante.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

phante: quia iuxta conſuetudinem, quam Deus in S. litteris obſeruat, quamuis in principio agat de eo quod aliud præfigurat, in proſecutione tamen, & eiuſdem loci fine tractat de figurato. Pſalmo 71. incipit agere de Salomone, eo quod eſſet figura & Symbolum Chriſti Domini noſtri, in proſecutione tamen eiuſdem pſalmi omittit agere de Salomone, & ad Chriſtum conuertitur: in illo namque tanta dicuntur, quæ nullatenus poſſunt conuenire Salomoni, vnde oportet vt de Chriſto intelligantur, & verificentur. Idem aduertimus in Iſaia. Caput incipit agens de Rege Cyro ex mente D. Hieronymi: quia hic Rex figuram expreſſit Saluatoris, reliquo tamen capituli diſcurſu vaticinatur de Chriſto, atque præclara multa de eo narrat, quæ nullo modo cadere fas eſt in Regem Cyrem. Regula hæc certa eſt, quam adfert D. Aug. *a.* & D. Ambroſ. *b.* & D. Hieron. *c.* Nobis hic eſſe intelligendum, quod principaliter intenderit eius aſtutias declarare quibus conatur nos circumuenire.

*Iſai. 45. a 11. de Gen. ad lit. c. 20. & l. 11. de ciu. c. 5. & 27. b Li. 1. de pœn. c. 15. c In c. 40. Iob*

II. Diabolus vmbrã ſuã vmbris alijs abſcõdit.

Vna ex illis & non minima hæc eſt, quòd vmbram ſuam vmbris abſcondat: quænam eſt, obſecro, dæmonis vmbra, niſi mors? Etenim eo modo quo corpus vmbra ſequitur, ſic mors diabolum, atque ipſo intrante, mors ſimiliter poſt ingreditur: hæc illa eſt, quæ diabolum quocumque pergit ponè ſequitur, & per peccatum ingreditur, quia ſicut Dominicâ tertiâ præmiſimus: equus eſt cum quo ſubintrat. Dic mihi qua ratione mors illam in naturam introiuit humanam quam Deus ab illa condidit immunem? per peccatum Satana introeunte. Apoſtolum interroga: *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* Optimè nouit animal illud vmbram ſuam terribilem, & ſummopere formidandam, cuius vel ſola apparentia fortiſſimos quoſque atque exercitatiſſimos, etiam Saüli compares proſternit, qui tamen viribus cæteris omnibus in populo præeminebat, qui, cum mors illi ſolummodo repræſentaretur, viribus impos in terram labitur prope exanimatus. Quid agit? ſuam hanc vmbram vmbris protegit: illi proponit, quòd integra gaudeas valetudine quòd annis vegetus, liber à miſerijs, opibus præpotens, ſi irruerit teque preſſerit infirmitas, medicum habeas paratum, mortem non ex improuiſo aduenturam. Quid hæc ſunt omnia niſi manes vmbræ nulla fundatæ firmitate, nulla ſubſiſtentia? quid ſunt niſi quædam vmbræ, quibus illa penicillo ingenij ſui depingit, multo accuratius quam pictores pingere valerent etiam expertiſſimi, qui vmbris contegunt quod in ipſis volunt imaginibus, quibus vt præfati ſumus, tibi firmiter perſuadeat te adhuc millenis abeſſe leucis, ab eo quod digiti tui tangis extremitate.

*Rom. 5. 12.*

III. Similitudo.

Paſſeres ac minores auiculæ viſa deſuper vmbra milui ilico diffugiunt, & ad tutiora ſe recipiunt: naturali vero inſtinctu miluus eas illa ex parte aggreditur, quâ eius non poſſunt vmbram explorare; quia ab illa parte ſe tutas arbitrantur, quas nullo negotio inexſpectato deprædatur. Idem in hominibus fieri conſpeximus: reformidat homo diabolum, quando locum tempuſque habet eius vmbram conſpiciendi: vmbra diaboli mors eſt, quo tempore mortem homo recogitat, dæmonem timet, & ad tutiora ſe proripit. Vt autem eum nequaquam timor excitet mortis ac ſalutis ſuæ reddat ſolicitum, conatur quantum poteſt illis hanc abſcondere vmbram quatenus eum haudquaquam videat, animoque perpendat. Et quid quæſo eſt illud quo vmbram hanc abſcondit? vmbræ aliæ, quas illi proponit, in quibus guſtus eius delectatur; & ſecum aufert hanc conſiderationem, nec locum dat conijciendi huius conſiderationis oculos in vmbram illam tantopere formidabilem: *Contegunt vmbræ vmbram eius.* Quæ ſunt hæ vmbræ, niſi temporaneæ delectationes, recreatione, & deliciæ, quas nobis proponit? Hæc rationem non habent veri boni: ſunt enim illius ſolummodo vmbra. Proinde ſicut ille qui ad vmbram tantummodo pani accedit, vel ille qui ex ea comederet, famem non ſatiaret: ſic bona, deliciæ, & appetitus huius vitæ, nec accedunt nec totaliter perfecteque noſtrum poſſunt extinguere deſiderium. Quod ſi non credideris, ab eis hoc inquire qui horum ampliorem habuerunt experientiam, à quo tempore oculos ſuos naſcendo aperuerunt, & viderunt quàm modicum boni contineant quodque ſolummodo vmbræ ſint illorum quæ bona ſunt, & eos audies hoc aſſeuerantes: *Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra: Omnia illa.* Scilicet omnes illæ voluptates, omnes illæ deliciæ, omnes illæ diuitiæ, ſanitas, mundi magna æſtimatio: *Omnia hæc tranſierunt tanquam vmbra*, ſic vt ex illis nullæ ſuperſint omnino reliquiæ.

IV. Bona téporalia vmbræ ſunt.

*Sap. 5. 9.*

Quando quis viam perambulat, ad minus de ſe quoddam relinquit ſignum remanens in terra, quam calcauit, fixa veſtigia. Quando quis alius pertranſit deferens ſecum pixidem aromaticam locũ, quem pertranſijt odore replet gratiſſimo, proinde illius aliquid remanet. Verum dum

V. Similitudo.

vmbra tranſit, nihil remanet, nec veſtigium, aut ſignum vllum quod illac tranſierit. Talia ſunt igitur bona omnia, deliciæ, mundique diuitiæ: cum enim tantummodo ſint vmbra nullum earum, quâ tranſierunt, remanet veſtigium. Illis ergo vmbris vmbram ſuam protegere conatur diabolus: vult enim mortem hominibus occultare, proponendo illis ſalutem quâ gaudent, robur quo viuunt, delicias quibus hilareſcunt, voluptates, quibus recreantur, honores, quibus magni fiunt, diuitias quas poſſident, opipara ſolidaque conuiuia quibus vita ſeruatur incolumis & diuturna: hoc præ cæteris ſatagit, illis perſuadere, vt ad hæc oculos ſuæ conſiderationis deflectant, quatenus eo modo de valetudine ſua certiores, mortis obliuiſcantur, & voluptate deliciarum ac appetituum bene paſti, mentem à mortis diuertant meditatione. Has igitur ſpectans dæmonis aſtutias technaſque fraudulentas, de eo ſic ait Iob: *Habitat in locis humentibus, circumdabunt eum ſalices torrentis:* q. d. ſemper ambulat per loca, in quibus continuo germinant virides & luxurioſæ herbæ, & noui pullulant arborum ſtolones, nec non flores repandis folijs dilatantur ex gemmis, qui gratam oculis pulchritudinem, & delectabilem naribus exſpirant odorem: etenim quidquid diabolus proponit, quo inducat homines, vt oculos à morte diuertant, delicias, voluptates, carniſque ſpirat libidinem: ſic vt illis nullum permittat tempus imaginandi vel hoc ſaltem, quòd hæc omnia conſumenda ſint, breuique terminanda: quocirca nihil aridum eſt, nihil ſiccum in illis locis, in quibus ambulat, nec in illis emoriuntur arbores: ingentem enim repræſentat humorum copiam quibus integræ conſeruantur, accreſcunt, flores producunt, fructuſque referunt, maximos, ſuauiſſimos. Tandem in omni, quod dæmon objicit hominibus eos per mortis obliuionem, ſeducturus, acceptam redolet recreationem, ſic vt nullatenus illis appareat, eſſe aliquando finiendum; hoc indicat: *Habitat in locis humentibus.*

☞ 14
VI. Quæ ſunt loca humectia.

VII. Quid ſalices ſignificent.

Addit: *Circumdabunt eum ſalices torrentis.* Salices arbores eſſe cernimus, in quibus venuſtas virorque præeminet; folijs abundant viſuique ſunt gratiſſimæ. Verumtamen ex omni illa viredine, foliorumque altitudine nullus omnino fructus decerpitur: quid per hoc intelligimus, ſi quid intelligimus, niſi diuitias, voluptates, ac delicias quas diabolus eorum objicit conſiderationi, quos ſibi prædam aucupatur: vel ſi placet per hoc inſinuat Iob peccatoribus, quod magna cum ſedulitate, & continui incedant quaſi diabolo per peccata ſua conglutinati, & tanquam eum circumuallantes.

Peccatores in S. Pagina dicuntur ſalices quia vt ait D. Auguſt. homines non ſunt ex quibus fructus ſperatur colligendus: vnde de illis timendum, ne in illis hoc imploratur quod Chriſtus profloquitur: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Cæterum ex illis reprobis quoſdam inuenio, qui non ſemper, & continuè adhærent diabolo, aut illum circumdant: ſunt autem illi qui quamuis verum ſit quod tunc temporis in graues Dei offenſas prolabantur, ilico tamen de peccato confeſſi reſurgunt, non illi adhærent indiuidui, vel datâ opera volenteſque in culpa perſeuerant. Porro ſunt alij, qui de induſtria viuunt ſceleribus obnoxij, ſic vt perpetuò, & indeſinenter circumdare dæmonem, ſequique videantur. Quinam ſunt illi? *Salices torrentis.* Quid ſignificat ſalices aquarum torrentis? ſunt arbores, in quas dixeris non poſſe mortem irrepere, nec viredinem eorum poſſe aliquando emarceſcere. Hoc diſcrimen dedit Dominus per Hieremiam inter arbores plantatas in locis arentibus, inaquoſis ac montuoſis: *Quod tranſplantatur ſuper aquas, ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit quando venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum.* Et humore, quem ex aquis in radices attrahit; æſtus non timet ſiccitatem: eius folia perpetuum ſeruant virorem: & quamuis tempus aduenerit aridum & inaquoſum, non eſt ſolicita vt aquas ſibi conquirat quibus viuat, viroremque conſeruet. Porro arbor in terra arenti & ſitienti plantata, ſemper anxiatur, perpetuis cruciatur anguſtijs, ne cito eius finis approximet; ob nimiam enim ſiccitatem, & tempus inaquoſum ex æſtu diuturno, quaſi mortem ſibi ſemper formidat intentatam.

In pſ. 136.

Mat. 7. 17.

Hier. 17. 8.

Aueo ſcire, quænam ſint iſtæ ſalices plantatæ iuxta torrentes? Noueris illos eſſe homines, qui tantam vitæ ſibi pollicentur ſecuritatem, vt nec mortem timeant, nec de morte cogitent, nec de ea ſint ſoliciti, quatenus vitam ſuam recte componentes ad mortem accedant rite diſpoſiti. Talis cenſendus eſt adoleſcens viribus integer, diues, incolumis. Hic ſeipſum quaſi conſiderans ſibi blanditur: Mihi, mihi inquam, nec vires deficiunt, nec ſalus: quinimo me gaudeo robuſtum, animoſum, vt vendere alijs ſalutem me poſſe congratuler. Si famis ingruerit tempus,

VIII. Homines mortē non timētes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

» pus, non quòd illam vereat; etenim diuitijs
» affluo, quibus illi ſuccurram. Si luis tempus
» viſerit, villas habeo, locaque tutiſſima ac ſalu-
» berrima, ad quæ dum me recepero, luem tideo
» contagioſam, omnem ei præcludo acceſſum,
» nes aëris formido corruptionem: loci quippe
» ſalubritas, omnem aëris decoquet infectionem.
» Si corpus oppreſſerit ægritudo: adſunt medici,
» adſunt efficacia medicamina, adſunt pecuniæ
» illis emendis abundantes. Nihil illos reddere
» videtur ſolicitos, & de mortis tempore cura eſt
» vltima: cenſent etenim illi, quod omnibus
» illis ſint muniti propugnaculis, mors acceſſum
» non habitura, quo illos oppugnet. Tales co-
» rum numero complectimur qui per Iſaiam
» aiût: *Cum morte percuſſimus fœdus*, pactum nam-
» que videntur cum morte iniſſe, quod illos non
Iſa. 28. 15. » ſit inuaſura: eo modo quo Reges inter ſe fœ-
» dera ſanciunt: quo namque tempore induciā-
» rum fœdera protenduntur, ſecuri ſunt nec vlla-
» tenus timent, quod alter eos bello ſit impugna-
» turus: vnde vitam agunt quietiſſimam. Tales
» ſunt illi. Hanc autem diſpoſitionem & incuriam
» ſectatur diabolus in hominibus, illamque totis
» conatur viribus in illis excitare, vt illos ſubij-
» ciat mancipia ſeruituti: nec non adlaborat vt
» firmiter ſuis inhæreant facinoroſi ſceleribus, om-
» nem procul à ſe memoriam mortis eliminantes,
» auferendo ab eis quantum fieri poteſt, quam de
» illa habere decent formidinem. Ea de cauſa dia-
» bolo dicitur, quod in domo eius ſeu habitacu-
» lo, ſeu manſione nulla fiat mortis vnquam
» memoria. *Habitat in locis humentibus.* In quibus
» nulla temporum eſt timenda ſterilitas. Hinc illa
» naſcitur multorum anxia ſolicitudo, vt quam
» fieri poſſit longiſſimè ab eorum domibus, aut
» habitaculis, ſepulchra, & mortuorum tumuli
» ſeparentur, quatenus per hoc longiùs ab eo-
» rum conſideratione remoueatur pia mortis me-
» moria.

☞ 16 Mors ſemper habet excuſatione: & hæc fraus eſt diaboli.

Hinc quidquam addiſces quod licet ſit valde familiare, latenter tamen aſtutiſſimam complectitur diaboli tentationem: nempe quod in omnibus qui moriuntur, rationem mortis eorum inuenias. Signum audis defuncti: quis obijt? Domine talis. Non miror, (ais) irregulariter viuebat, & nimis ei pocula propinabantur quibus taurus etiam fortiſſimus interiret. Quid per hoc intendis? Hic mortuus eſt, non ego tali ſum expoſitus periculo, temperantior etenim in potu viuo, ſobrius. Effertur alter ad tumulum: ais, non eſt cur miremur, habebat ætatis plurimos annos. Quaſi dicas: Non hoc ego periculum incurro: ſum etenim illo iunior. Moritur adoleſcens: ais, nemo miretur. Imprudenter tota nocte ſub dio & frigore obambulabat. q. d. Non eſt quod ego ex hac parte mortem timeam: vitam ego optimè comperiam. Renuntiatur tibi mors alterius, inquis, neceſſitate graui premebatur, nec habebat, quo vitæ ſuæ ſubueniret, medicamina, medicoſque compararet q. d. Hoc me non tangit, facultatibus affatim abundo, quibus infirmitatibus neceſſaria prouideam. Hoc in ore habemus communiter, mors nulla ſuas non habet excuſationes, rationes habemus, cauſas ſingulis mortibus allegamus: Noueris autem aſtutiam hic latere diaboli: quatenus te videas ab hoc liberum, per quod credas alterum à morte peremptum, pariter credas, te non tam cito moriturum. Hoc eſt la- X.
mentandum infortunium, quòd nemo ſibi per- Nemo
ſuadeat, à morte ſe hoc in opere comprehen- ſibi per-
dendum, quod hodie aggreſſus eſt, & cui pio ſuadet
nunc incumbit, & vt ait D. Hieron. nullum mortem.
video ſenem adeo caducum & infirmum, qui non ſperet, ſe ſaltem ad annum ſuperuicturum: nulluſque ſibi perſuadet mortem eſſe adeo vicinam, vt ad minus non aliquot ſit diebus expectatura, quodque futura, non ſit eo modo, quin à longe eius ſit aduentum cogniturus, & quod ſaltem non ſit adeo proxima, quin antequam accedat dies ſit hodiernus euolaturus.

Hanc eandem rationem produxit Dominus per prophetam Amos omnium ſcelerum, quibus illius populi Principes contaminabantur:
*Væ, qui opulenti eſtis in Sion optimates, capi-* Amos 6.
*ta populorum &c. qui ſeparati eſtis in diem malum,* 1. 3.
*& appropinquatis ſolio iniquitatis.* Sapienter credit D. Aug. verba hæc terriculamenta eſſe Dei, quibus illis captiuitatem intentat, iam proximam in oſtijs. Attamen alium ſenſum innuit lectio Pagnini: qui illud: *Qui ſeparati eſtis &c.* legit ex Hebræo, *Elongantes diem malum appropinquatis ſolio iniquitatis.* Hoc conſidera mortalium infauſtiſſime, cur ſic ex animi
ſententia, ſicut in ſede quietis vos ipſos in iniqui-
tate collocatis ſedetiſque perſeueranter? quia à L. 4. de
vobis diem malum, id eſt mortis procul abdi- doct.
catis, quam veſtris imaginationibus, præuen- Chriſt.
tionibus, & ſupputationibus, tam longè à vobis abijcitis, ad multos dies, in multos annos, quaſi certi eſſetis illam non tam citò acceſſuram, nec vos ipſos ad diem illum tam feſtinato peruenturos. Quid cogitas his infirmari: ſanus ſum, facultates poſſideo, iuuenis ſum, pluribus non grauor annis? Omnia hæc nihil ſunt aliud,

quàm à vobis mortem longiùs eliminate.

XI. Hinc varia oriuntur incômoda.

Hinc veſtra promanant incommoda, quòd vobis perſuadeatis non tam cito vos morituros, mortemque longiùs abeſſe, quocirca, nec confeſtim furto ablata reſtituitis, nec præſentes veſtras deſeritis voluptates, nec debitam facitis ſcelerum confeſſionem, nec repudium verè ac ſyncerè veſtris mittitis vanitatibus: ſemper quam poteſtis longiſſimè à vobis mortem eliminatis: dicentes vobis adhæc ſufficiens ſupereſſe tempus. Porrò hoc attendite, fraudem eſſe diabolicam: *Ecce defunctus*, Illum intuemini defunctum: hic etenim in vigore ætatis robuſtiori, multas inter diuitias terrenaque bona, multigenis circumſeptus delicijs: à morte ſubitò & intempeſtiuè abripitur: ne forte te iuuenem cæteris validum, paucorum annorum, præmunitum ijs omnibus quæ mundus poſſidet, tibi perſuadens mortem longiùs abeſſe, quinimmo (conſulente Spiritus S.) attentè conſideres), eam tibi adeò vicinam vt illi poſſis occurrere, quotieſcumque tibi ſol per diem affulſerit: in omnibus quoque quæ tractanda concipis & peragenda. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum &c.* Valde namque poſſibile eſt, vt illud ipſum quod inchoaſti, non videas abſolutum: & litem hanc, quam intendiſti, non videas terminatam, & quam aggreſſus es prætenſionem non videas ad effectum pro voto perueniſſe, nec non priuſquam hereditatis huius fructu potiaris, cui laboraſti, tumulo iaceas à vermibus corroſus: *In omnibus operibus tuis.* Vtinam hac conſideratione munitus tua perageres negotia, quam piè iuſtèque procederes! Si dum contractum inis, & negotiationem, attentè perpenderes, fieri poſſe hanc vltimam fore vitæ tuæ negotiationem; ſi quando creditò vendis, tibi perſuaderes fieri poſſe, vt ante conſtitutum diem repetendi debitum, mori poſſis, tibique ſolum hoc remanſurum, quod in hoc interuenit culpæ, tuis autem heredibus pecuniam ac pretium eius quod vendidiſti. Tandem vltimatè quando decumbis in lecto, & menſæ aſſides comeſturus, hoc vtinam animo reuolueres: impoſſibile non eſt, me de hac menſa viuum minimè ſurrecturum: *In omnibus operibus tuis &c.*

§.7. Ecce defunctus. *Iuuenis erat. Vitam nemo ſecuram habet, primo ex parte Dei: qui eam pro beneplacito largitur, & procedit cum vncino Amos & manu Balthaſſar.*

ECce defunctus &c. hoc igitur magis ad amuſſim expendamus: vnde dico primò: quantum coniectio cunctas euertit D. Euangeliſta 17
rationes, quibus tibi diabolus perſuadet, quòd mors longè abſit à te, quò fit vt te ſceleribus tuis detineat obfirmatum. Et prima quidem eaque principaliori, quòd in ætatis tuæ tamquam vere floreas, quòd natura in te robuſta vigeat, ad quaſlibet ſuperandas ægritudines, & omnibus impulſibus, viribuſque mortis obſiſtendum. Quid hæc mente agitas, mortem ordinatè procedere, ac primò ſeniorem infirmioremque ſurripere? *Ecce defunctus.* Adoleſcentem hunc attende robuſtum, integrum, ætate vernantem, mors prius quàm matrem hinc eripuit: & hoc noueris eam iuuenibus æquè ac ſenioribus vicinam eſſe: verumque circumferri prouerbium (a) tam cito, imo aliquando citius accurrat ad ouem quam ad agnum. Vt autem veritatem hanc manu tangas, eius tibi rationem aſſignabo ſumptam ex legitimis eius cauſis.

(a) *Tam preſto ſe va al cordero como al carnero.*

Prima eaque primaria depromitur ex ipſo Deo, noſtræ naturæ conditore Obijcies qua ratione ex Deo? quid Deo cum morte? Nobis hoc ſuggerit Spiritus S. *Deus mortem non fecit &c. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Cum vita autem eſt illi nec parua communicatio: etenim eius eſt auctor: cum enim ſit vita per eſſentiam, ex eo procedit quidquid inter viuentia, vita fruitur, velut de prima ſcaturigine, cui idcirco accinit Dauid: *Apud te eſt fons vitæ*, Ea de cauſa appellat eum non ſemel Moyſes: *Deus ſpirituum omnis carnis*: Spirituum qui vitam carni contribuit, ad quod alludit Euangelicus vates Iſaias dum ait *Dominus Deus dans flatum populo, qui eſt ſuper terram & ſpiritum calcantibus eam.* Porrò quid Deo cum morte? Imò eo ipſo, quia auctor eſt vitæ: & qui eam infundit omnibus qui vitâ potiuntur. Nemo dubitat quin ab eo vita dimanet, ipſe ſit qui animam creet, carniq; infundat vt eâ viuamus; *Qui poſuit animam ad vitam*: aſſerit Dauid: Cæterum eam non largitur ſine termino, ſine fine, ſed tantum mutuatam, eo ſolo tempore quo ſibi placuerit, eaque conditione quâ poſſit eam repetere, & ſemper

*Sap.* 1.13.
*Sap.* 2.24.
*Pſ.* 35.10.
*Num.* 6.
22. & 27.
16.
*Iſa.* 42.5.
1.
Deus vitam nobis dat pro beneplacito.
*Pſ.* 65.9.
*Pſ.* 29.6.

repetit ei quando libuerit. Hoc de pſalterio canimus: *Vita in voluntate eius*. In Hebræo legitur vox illa celebris: *Rat ſon*, quæ ſæpius repetitur, & ſignificat merum ac liberum beneplacitum: q. d. vitam conceſſit pro libero ſuo meroque beneplacito: nec male dixerimus, perpendendo, hoc ſpectare Spiritum S. argumento non parum admirabili ore Salomonis prolato.

Hortatur te, ne ex morte turberis nec nouum
Eccl. 41. 5. ſit tibi, dum audis tibi eſſe moriendum. *Noli metuere iudicium mortis*. O bone Deus, qui timores,
II. anxietates, quales anguſtiæ, quales admirationes,
Mors quanta triſtitia, dum tibi hæc noua nunciantur:
omnibus & quam ſedulò familiares tibi ac cognati ela-
eſt cer- borant, vt hæc tibi ſubticeantur, dum graui depri-
tiſſima. meris infirmitate, ne Confeſſarius ingrediatur, tibique inſinuet: Morte morieris, & in viuos, extrema ſanctaque ſuſcipe Sacramenta, diſpone comitiua, animæ tuæ proſpice negotijs. Heu Domine mi: hoc ipſum quam maximè perterrebit anxietas illa vitam illi adimet. Proh perniciosam malamque ſtultitiam: crebrò etenim in cauſa eſt, quoſdam omiſſa præuentione neceſſaria emori atque condemnari, de quo mane dicendum occurret. Non te percellat iudicium mortis, (ſic Spiritus S.) & ſi quando acceſſerit, non ſit tibi nouum aut inauditum: *Noli metuere iudicium mortis*. Primò: nihil etenim eſt in mundo adeo commune, quam quod ad omnes, qui fuerunt, acceſſerit, accedetque ad omnes qui ſunt, & erunt, ſic vt nec vnus hoc euadat: hoc enim eſt à Deo omni carni ſtatum, hoc omni viuenti homini: *Memento quante te fuerunt, & quæ superuentura ſunt tibi, hoc iudicium à Domino omni carni.* Tantò minus te turbat aliquid minuſque rapit in admirationem, quantò magis eſt commune. Hæc ſtudiosè perpende in omnibus qui te tempore præceſſerunt, & poſt tempore ſubſequentur, nihil eſſe ipſa morte frequentius. Vt quid igitur animo conturbaris tibique nouum eſt mori, cum te hominem eſſe cognoſcas?

Secundo: non tibi vitam conceſſit Deus ab-
☞ 18 ſolutè, & pro ſemper, ſed liberæ ſuæ reſeruatam
III. voluntati, meroque beneplacito: *Et quid superue-*
Deus no- *niet tibi in beneplacito Altiſſimi, ſiue decem, ſiue*
bis dat *centum, ſiue mille anni*: En tibi patet, quòd vitam
vitam cō- habeas iuxta Dei beneplacitum. Hoc te nō præ-
modato. tereat: *In beneplacito*. Idem enim ſignificat, quod
IV. Dauid ait: *In voluntate eius*. Si quis tibi conce-
Similitu- deret catenam auream, vel centum ducatos, vel
do. monile pretioſum, non vt proprium ſed accommodatum, vt eo fruereris quanto tempore illi libuerit: tibique diceret. Hanc tibi catenam mutuam tribuo, non dico pro decem annis, nec duobus, nec vna hora ſed vt eam tantum modo habeas præcisè vſque ad illud tempus, quo illam à te ſim repetiturus: an hoc te percelleret, quando eam à te repeteret? Dedit tibi Dominus vitam commodato, ſic ad ſuum beneplacitum, vt tibi nec annum, nec diem, nec horam promittat: *Siue decem, ſiue centum, ſiue mille anni*. Quid igitur hoc te cruciat, quando ceſſis quod illam à te repetat? Hinc colligit Spiritus S. & diuinam infert concluſionem: *Non eſt in inferno accuſatio vitæ*. Non eſt quòd in hora mortis conqueraris, & minus quando condemnaris, dicendo: Domine pœnitentiam non egi, quia me vita fefellit, defecitque tempus. Vita ipſa non te fefellit, ſed tu te ipſum decepiſti, cum videas quòd eam non niſi mutuo datam acceperis, & pro beneplacito eius qui tibi eam conceſſit. Nunc igitur claram perpende rationem. Si quis daret hodie alicui, & cras alteri, & perendie illi certam pecuniarum
quantitatem, illa præciſa proteſtatione, quod V.
eam ſingulis eorum concedat ex libero ſuo me- Similitu-
roque beneplacito & illo præſuppoſito quòd il- do.
lam à ſingulis repeteret, quando ſibi placuiſſet, & fieri poterit quod ab aliquo eorum ante menſem elapſum, & ab alio ante ſolis occaſum repeteret: quis eorum eſſet ad receptum reſtituendum vicinior? Certum eſt, quod vnus præ altero maiori non polleret ſecuritate nec haberet ille ſecuriorem terminum, qui hodie pecuniam recepit, quàm ille qui heri: nam ex concedentis hoc pendet libera voluntate.

Hoc idem velim intelligas de vita, quod Do-
minus per Amos viſione quadam ſingulari pro- VI.
poſuit. Intumeſcebat populus Iſrael eximia ſalu- Mors vn-
te, diuitijs, voluptate: atque per hoc ſuis fræna cino cō-
dabat liberè voluptatibus, quibus non leuiter paratur.
Deum irritabat. Proponit illum Deus ſeuerè caſtigare. Et qua ratione hoc fiet Domine? Oſtendit Dominus à longe prophetæ carpendis pomis vncinum: *Hæc oſtendit mihi Dominus*
*Deus, & ecce vncinus pomorum*: aitque pro- Amos 8. 1.
phetæ, *quid tu vides Amos?* reſpondet ille: *Vncinum pomorum ego video*. Vncinum Domine? non colliguntur Domine poma vncino: Hic enim aptus eſt per eum poma in terram deijciantur colligenda. Qui poma colligit vt ſana ad multa tempora reſeruentur, non vncinum adfert, ſed cartallum, in quo prudenter modeſtèque poma colligat, ne forte in terram deijciendo conterantur. Sic aliqui explicarunt quod canistrum erat quod vidit propheta,

ſed

ſed apertè ſatis ait: *Vncinum pomorum:* tale quid hic intelligo myſterium quaſi dicat Dominus. Nollem ego poma caniſtro ſed vncino colligere: quod enim prætendo hoc eſt: ea colligere illo modo, vt decidant in terram & colliſa dirumpantur, ac computreſcant; vnde ſubiungit dicendo: *Bene vidiſti*, propheta; & noueris hoc me tibi indicare voluiſſe, qua ratione illos eradicare propoſuerim. *Et dixit Dñs ad me: venit finis ſuper populum meum Iſrael.* Bone Deus, quæ conuenientia vncino poma colligendo præparato, cum ſupplicio quo populum tuum punire decreuiſti? Altiſſimum honoro myſterium. Paulo ante propheta prædixerat populum hunc non tolerandâ intumeſcere ſuperbia, ſuis fræna laxare voluptatibus: ſibi perſuadendo mortem à ſe diſtare longiſſimè: ſeipſos Principes conſiderabant, & robuſtos ſe ſanoſque gratulabantur: optimates alij diuitijs ac ſalute lætabantur: quibus ſibi multorum annorum vitam pollicebantur, nec quidquam erat ab illis ipsâ morte in cogitatione ſua remotius; vnde propheta ſubiungit illa verba, quæ ſupra trutinauimus. *Væ qui opulenti eſtis in Sion optimates capita populorum & elegantes diem malum.*

O propheta, ait Dominus, quàm ſunt ignorantes, & quam inſipientes ſunt eorum diſcurſus quibus ſibi vitam promittunt longiorem. Noueris quòd ita me geram, ſicut ille qui pomum habet pomis pluribus fœcundam, & vncino ea quæ animo ſederint, decerpit. Vicinum ſibi habet aliquando pomum iam maturum, & quod ex ſe videtur ad manum inclinari, illudque in arbore ſuſpenſum omittit, & vncinum iniicit illi, quod longius in ramo pendulum diſtabat, quod ſi polleret intellectu, ſe ſecurum arbitraretur, nec eo poſſe manum alicuius appropinquare. Apparet oculis pomum media ex parte corruptum, & aliud à vermibus exeſum, quod miraculo ex arbore pendere dixeris illudque præterit, & pomum colligit roſeum, floridum, venuſtum, quod in arboris parte hærebat ſecuriori. Sic igitur, inquit Deus, cum illis agam: illos etenim mortis vncino decerpam, in terram illos deijciens, vbi computreſcant, & conſumantur, pauperem tranſibo ſauciatum, & ſeniorem rugis impolitum, & corroſum, & vncinum iniiciam quo ſolo deijciam fortem, potentem, qui ſe à morte arbitrabatur eſſe remotiorem.

Sic vni eorum loquitur Abdias propheta, qui ſe ſecurum tutum ue æſtimabat, eò quòd in altiſſimis reſideret rupibus, ad quas ſuo iudicio nihil poterat accedere quòd eum eſſet deiecturum: *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum, qui dicis in corde tuo: quis detrahet me in terram? ſi exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te dicit Dominus.* Quinimo per ariolum Balaam licet peruerſum dixit Cynæo: qui nullas ſuas credebat vires eſſe comparandas: *Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum, ſed ſi in petra poſueris nidum, & fueris electus de ſtirpe Cyn, quamdiu poteris permanere?* Hoc idem in mundo eſt frequentiſſimum: hortus enim eſt ſeu pomarium, in quo tot nutrit Deus pomos, quot reſpublicas. O qualis pomus hæc eſt ciuitas, quot venuſtioribus fœcunda pomis, odoriferis, viſuque gratioribus? quot nobiles ſunt iuuenta florentiſſimi? quot dominæ elegãti corporis forma ſpectatiſſimæ? quot viri auctoritate ſineq; primarij eorum oculis, qui huc accurrunt & occurrunt gratiſſimi? quid agit Deus? Præterit pomum emarcidum, vetulum, putridumque ſenem & vncinum adijcit, in terramque trahit adoleſcentem vultus elegantia præſtantiſſimum, viribuſq; quaſi immortalem. Aliam pertranſit annis grauidam, quæ non niſi impedimento ſeruit & offendiculo, illam vero deijcit, quæ flos videbatur eſſe pulchritudinis, totumque locum exhilarabat. Illum omittit, qui hoſpitale dicebatur & congeries infirmitatum: illũ verò decerpit qui hactenus omnem ignorarat infirmitatem. Illum non tangit, cui tædio erat vita & fruſtranea videbatur, hunc autem impellit qui magna animi voluptate vitam iam nunc ſolummodo inchoare ſe gloriabatur. Numquam igitur ſibi quis, quia iuuenis eſt, blandiatur, quia ſanus eſt, quia corpore robuſtus ſe ina iis efferat. procedit etenim Deus cum vncino mortis, deijciens quem vult & quomodo pro libero, meroque ſuo placito.

Quinimo & hæc doctrina Gentiles minimè latuit qui numero Deorum mortis, primum cedebant locum Deæ cuidam nomine *Libitina*, quam eo nomine appellabant (vt ait Varro cui D. Aug. palmam dedicat in declarandis Deorum actionibus) tanquam à *Libitu* id eſt libera agendi voluntate ſeu deſiderio, q. d. Dea voluntaria, eaque ex mera operatur voluntate, hoc enim videtur agere, illum eripiens altero derelicto: iuuenem maximè floridum deijciens, ſenem autem omittens iam putreſcentem &c. Quod illi fabulis exprimebant hoc Deus vncini declarat ſignatque viſione. Vt autem tibi liquidò conſtet quàm hoc optimè quadret attende quid immediatè poſt

*Abdiæ 3.*

*Num. 24. 28.*

VII. Deus iuniores prius hinc eripit.

VIII. Mors dicebatur Libitina. *L. 4. de Ciuit. c. 1 & 34.*

*Amos* 8. 9 poſt viſionem illam per eundem annectat Pro-
phetam: *Et erit, dicit Dominus: occidet ſol in meri-
die, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.*
IX. Sancti quidam Patres intendunt hic prædici te-
Mors nebras quibus tota terra triſtiſſimam induit no-
inopina ctem, ſoliſque obſcurationem quam ex Euange-
frequens lio legimus cōtigiſſe tempore mortis noſtri Sal-
eſt. uatoris: ita D. Cyprian. & D. Hier. Porrò propo-
*L.* 2. *cont.* ſito noſtro aptius congruit ſenſus ille, quem D.
*Iude c.* 35 Gregor. inſinuat, quòd myſticis verbis populo
*in c.* 8. *A-* iudicare voluerit, mortem illis ſuperuenturam,
*mos.* quando ſibi de vita crederent eſſe tutiores. Oc-
*L.* 5. *Mor.* cidet, inquit, eis ſol in meridie, & tenebræ ope-
*ca.* 1. *& l.* rient terram, quando luce dies ſplendebit cla-
8 9. *c.* 3. riori: hoc eſt, opprimet illos mors & occumbet
illis ſol eo tempore quo ſe ab eo longius diſta-
re arbitrabuntur, vt eſt in ipſa meridie, irruent-
que mortis tenebræ, quando lumine vitæ, vitiū,
ac vigoris videbuntur potiri ſecuriore, quod vt
ſentio, verbis illis Apoſtoli congruè declaratur:
1. *Theſſal.* *Cum dixerint pax & ſecuritas tunc repentinus eis*
5. 3. *ſuperueniet interitus.* Inexſpectatò mors eis ad-
uenit: quando vitam ſibi, ac ſalutem applauderit
adeſſe meliorem. Ni fallor alludit Apoſtolus ad
illud quod Dominus prædixerat de quo multas
propoſuerat parabolas de decem virginibus, de
*Luc.* 14. ſeruo vigili: & c *Qua hora non putatis, filius ho-*
40. *minis veniet*: & apud D. Matth. *Veniet Dominus*
*Matth.* 24 *ſeruorum illorum, in die qua non ſperant & hora*
45. *qua ignorant.* Quoties hoc contingit? Intendebat
hic carnis ſuæ delicijs, totus addictus voluptati-
bus, Dei mortiſque immemor, velut eius rei, quā
modo contingere non poſſe iudicabat. Accipit
eum infirmitas, qua ad vltimas compellitur an-
guſtias. Heu Domine (inquit) quàm procul abe-
rat hæc à me cogitatio: nihil mihi magis ex me-
moria exciderat? O qualē hinc regulā tibi licet
elicere, vt mortis tuæ horam intelligas. Nihil
quiſquam (ſi poſſibile foret) ita optaret, ac horæ
mortis ſuæ eſſe conſciū. Quid exponeres vt illā
mortis tuæ prænoſceres? quas nō preces effudit
*Pſ.* 38. 5. Dauid, vt illam haberet ſibi exploratam. *Locutus
ſum in lingua mea. Notum fac mihi Domine finem
meum & numerum dierum meorum quis eſt; vt
ſciam quid deſit mihi.* Noſſe vis mortis tuæ ho-
X. ram? Illam tibi prædicam, aut vt melius dicam,
Quæ ſit attende illā tibi ab eo declarari qui illam infal-
horæ libiliter nouit Chriſtus ipſa æterna ſapientia ti-
mortis. bique dicit eam fore: *qua hora non putatis*: quan-
do tuo iudicio te credis robuſtiorem, ſic vt tibi
perſuadeas de non moriendo ſecuritatē: hæc eſt
illa hora. Domine: vt quid negotijs tuis haud-
quaquam conſulis: iniurias, quas intuliſti detra-
ctor non reparas, prophanæ illi vitæ tuæ mini-
mè renuntias, qua in maximū vinis animæ tuæ
detrimentum, atque in honoris tui opumque nō
leue nocumentum? Domine, vigeo robore, & ſa-
nitate gaudeo: tempus mihi ſupereſt: Dei nam-
que gratia valetudine nunquam vſus ſui ſanio-
ri. Hæc eſt igitur hora mortis tibi magis cauen-
da, qua minus tibi moriendum eſſe ſuſpicaris:
*Qua hora non putatis.*

Iuxta hanc Saluatoris regulam, ſi quando vi-
dero virum de anima ſua ſolicitum: de morte ti-
midum, anxium & multa vigilantia excitatum,
rebus ſuis proſpicientem, dicere ſoleo: Hæc
non eſt illius hora mortis. Si quando alterum
aduertereò prophanum, ſui obliuioſum, vt
immortalis ſibi eſſe videatur, viuitque ita extra
omnem ſolicitudinem, vt nihil ſit cur mortem
formidet: de hoc ego maximè formido, eum
tantò morti ſuæ eſſe proximiorem, quantò cre-
dit ab illa ſe eſſe remotiorem. Non hoc ego iu-
dicium de meo effingo cerebro, ſed de eius hoc
procedit capite, in quo tota continetur Dei ſa-
pientia qui ait: *Qua hora non putatis &c.* Quam
hoc veraciter expertus eſt Rex Ezechias: quādo
robuſtiori vigebat ætate, vitæque ſic ſecurus vt
nemo magis: accurrit Iſaias, Deique nomine Re-
gē in hæc verba affatur. *Diſpone domui tuæ: quia* 2. *Para.* 32.
*morieris tu & non viues.* Nam de non præmedi-
tata hac morte perculſus ſic ait: *Præciſa eſt velut* *Iſa.* 38. 12
*à texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me.*
Contigit mihi ſicut telæ, quàm textor orditur. *Iſai.* 21. 4
Numquam minus quis cogitat talem eſſe reſ-
cindendam, quam dum texitur, nihilominus ac-
cidit aliquando, vt dum in principio vix ad duas
aut tres vlnas extenditur, illam textor præcidat.
Hoc ipſum mihi accidit aſſerit Ezechias: *Dum
adhuc ordirer ſuccidit me.*

Simile quid contigit Regi ſacrilego Baltaſ- XI.
ſar, cuius nomine dixit Iſaias: *Babylon dilecta* Regis
*mea poſita eſt mihi in miraculum.* Verba ſunt hæc Baltaſſar
adeo obſcura, atque intellectu difficilia vt illa mors re-
declarans D. Hieronymus dicat quòd magis pentina.
ſenſum illorum quàm ſonitum ſequeretur: ex
Hebræo enim legitur: *Nox dilecta mihi poſuit me
in pauorem.* Nox illa, in qua ſecurior dormiebam
& lætior, pauore me & tremore perculit. Et
ſic ſe res habuit: etenim illa nocte qua rex im-
pius Baltaſſar ſecurior erat ſuaque ſententia nul-
lum verebatur inimicum, in tantum vt ad ſecu-
ritatis oſtentationem cœnam illam inſtitueret
adeò opiparam quam Propheta Daniel refert;
eo tempore quo lætior epulabatur minuſque ſi-
bi cauebat: manum conſpexit mortis ſuæ fe-

rale decretum exarantem adeò vicinæ vt eadem nocte vrbem inuadentibus Cyri populis executioni mandaretur; & hoc ipſum eſt quod addit Propheta miraculum illud declarans in Babylonia futurum: *Facta eſt mihi in miraculũ, Pone menſam, contemplare in ſpecula · comedentes & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeum.* Conſidera qua ratione præceperit rex Baltaſſar menſas erigi geniales & magnificas: perpende cunctos aſſidentes menſis omni inſtrumentorum muſicorum genere concinentes, cibo potuque ſe recreantes, laſciuijs indulgentes; & ecce dum nihil minus opinantur ſeque tutos autumant & ſecuros, annunciatrix apparet manus improuiſæ mortis, ingreſſuſque Cyri, cum toto exercitu, vrbemque deuaſtantis: ita vt ex menſis, quibus aſſidebant ſubito ſurrexerint armaque ſumpſerint & clypeos hoſtem ab vrbe propulſuri.

Dan. 5. 1. Hoc Daniel oſtendit impletam hiſtoriam referens, quam Vates Iſaias prædixerat. *Baltaſſar fecit grande conuiuium &c. bibebant vinum & laudabant Deos ſuos &c.* compotabant hilariter bibebantque ad gloriam laudemque Deorum ſuorum inanium *In eadem hora apparuerunt digiti &c.* Eodem modo contigit ter maximo illi Monarchæ Alexandro magno, quem eleganter ſpiritus S. deſcripſit, monſtrauitque Danieli Prophetæ ſub figura cornu fortiſſimi hirci caprarum, nec te loquendi formula perterreat: infinita namque continet ſacramenta, quæ SS. PP. diuina quadam perpendunt ſapientia. Oſtenſurus Dominus Danieli futuros in mundo euentus proponit illi in viſione ſpectandum immenſæ magnitudinis hircum ab occidente tanta velocitate procurrentem, vt terram tangere non videretur. *Ecce hircus caprarum veniebat ob occidente ſuper faciem totius terrũ & non tangebat terram.* Cornu præferebat adeò robuſtum, vt illo obuia quælibet pedibus victa ſubſterneret, occurrit illi aries quem licet fortem, concuſſit, deiecit, protriuit: hac victoria faſtu nimio intumeſcens hircus ſic ſeipſum extulit, vt nihil ſupra. *Hircus caprarum factus eſt magnus nimis.* Dum ſic faſtuoſus erigeretur atque cornu illud ſuo robore fortiùs crederetur, ſubito confractum decidit. *Cumque creuiſſet fractum eſt cornu magnum.* Non dicitur quòd paulatim defecerit aut per partes diruptum fuerit aut vetuſtate perierit, ſed quòd ſuo robore firmius dum acutius excreſcit, ſubito confractum exciderit.

XII. Alexandri magni initia & ſucceſſus.

Dan. 8. 5.

☞ 22 Quid his ô Domine ſymbolis intendis ac figuris non vulgaribus, quæ diuino tuo ori videntur prorſus alienæ? Hircus caprarum & aries? ſubtiliter valde ſucceſſum explicauit, quo celebris illa in mundo Græcorum monarchia volueretur. Deſcribit illam ſub figura hirci caprarum denotans eius laſciuiam, ſuperbiam & extollentiam: de quibus tractatus edidit doctiores D. Theodoretus: *De curandis Græcanicis affectionibus:* eorum delineans conditiones affectuſque particulares. Cœpit hæc monarchia prodijtque in mundum à parte occidentali: ſumpſit autem principium à potentiſſimo cornu, ſcilicet Alexandro Magno, quem ob admirabiles rationes ſub figura deſcribit hirci caprarum. Procurrere cœpit hæc monarchia tanta velocitate, vt infra pauciſſimos annos per totam ſe terram extenderit: ea de cauſa ait quod hircus eo modo procurrerit vt non tetigerit terram: cum hoc cornu Alexandro Magno bellum intulit arieti duorum cornuum Dario videlicet regi Medorum ac Perſarum regnorum monarchæ potentiſſimo Illum cum ſubiugaſſet in tantam excreuit eminentiam, vt per totum orbem ſe dominij eius poteſtas extenderet, tantoque faſtu Alexander ſuperbus intumuit, vt præceperit adorari ſe vocarique Deum: quia verò Caliſthenes philoſophus eius in hoc contradixit elatæ præſumptioni, miſerè nimis ac barbarè iuſſit eum trucidari. Sed contigit vt dum cornu illud adeo increſceret, intumeſceret ac firmaretur, vt totus mundus potẽtiæ eius viribuſque ſubderetur, inexſpectato, frangeretur, velut ſi vitreum fuiſſet: *Fractum eſt cornus magnum.* Indicat hoc termino S. pagina mortem Alexandri magni. Breuiſſimo temporis decurſu factus eſt Dominus vniuerſi, tanto ſuperbiens tumore, vt cum totum ſibi mũdum ſubiugaſſet, parum hoc eſſe cenſeret, funderetque lachrimas, quia nullus quẽ ſibi victor compararet vinceretque, mundus ſupereſſet. Quid plura dicam? tam inſolens fuit vt cogitare cœperit num alij adhuc extarent mundi, quibus poſſet imperare, idque tanta anxietate ſolicitus inquiſiuit vt quatenus eius indecorum moderaretur impetum Præceptor illius Ariſtoteles, in lucem ediderit librum, quem inſcripſit. *De vnico mundo*, probans nullum alium præter hunc extare mundum, vnde oporteret eum hoc vnico contentum viuere, quandoquidem alius nullus ſupereſſet. Dum hac eminentia ac potentia hactenus non viſa clareſceret, dum iam omnes ſibi ſubditos eſſe gloriaretur, vt nulla iam vox, nullius iam ſpiritus ſe illi præſumeret opponere aduerſarium, qua de cauſa dixit Spiritus S. *Siluit omnis terra à facie eius.* Quando ſibi iam blan-

diebatur

diebatur ſuam celſitudinem ac ſupremã aucto-
ritatem in mundo florere vel maximè; qua plu-
ribus annis potiturum ſe poſſe conſideret,quan-
do cor eius ſic vt numquam magis arrogantia
intumeſcebat,inexpectatò colliſus fuit,id eſt in-
tempeſtiuè mortuus. Audiamus Spiritum S.hæc
1.Macha. 1.1. explanantem. *Alexander Philippi Macedo, qui pri-*
*mus regnauit in Græcia egreſſus de terra Cethim*
*percuſſit Darium Perſarum & Medorum,conſtituit*
XIII. Alexandri Magni mors immatura. *prælia multa & obtinuit omnium munitiones , &*
*interfecit reges terræ & pertranſijt vſque ad fines*
*terræ:& accepit ſpolia multitudinis gentium:& ſi-*
*luit terra in conſpectu eius & congregauit virtutem*
*& exercitum fortem nimis: & exaltatum eſt &*
*eleuatum cor eius.* En quàm potens quàm ſuper-
L.9.de victoria verbi c.14 Philippica c.5. in ca. 11. Dan. bum,quàm erat cornu illud eleuatum?quid actũ
eſt,dum his intumeſceret? *Cum creuiſſet,fractum*
*eſt cornu magnum.* In ætatis ſuæ iuuenta floridiſ-
ſima atque potentia ſua firmiſſima:etenim D.Iu-
ſtinus Martyr credit , quem ſequitur Rupertus
quod ætatis annos haberet 34.Euſebius in chro-
nicis ſumens ex Cicerone opinatur quod annorũ
eſſet 33.D.Hier.ſentit quod annos 32.non exceſ-
ſerit.In bello cæſus non occubuit;hoc enim ne-
mo miraretur;nec manibus hoſtium trucidatus:
in qualibet namque ætate poſſunt inſurgere:
ſed ignorãs vnde,quomodo, à quo;decidit inex-
ſpectatò in lectum febri incaleſcens inopinata
ex qua intempeſta morte ex humanis ſublatus
interijt: & eo quidem tempore quo ſecutam ſibi
vitã largamque promittebat. *Fractum eſt cornu.*
Ne credideris vacare myſterio,quòd Spiritus S.
vſus fuerit figura atque nomine cornu hac in
occaſione: etenim phraſi ſua nomen hoc fortitu-
dinem indicat : qua dum Alexander Magnus
præpolleret& potentia atque viribus cæteris al-
tiùs extolleretur diruptum eſt cornu hoc atque
conuulſum.

XIV. Mors iuuenũ eſt frequentior. Hoc diebus ſingulis in nobis ipſis experimur.
Quot confractæ vires?quanta contrita potentia?
quot adoleſcentes ætate vernantes immatura
morte percuſſi , quando recenter in mundum e-
diti cornua producebant acutiora in futurum fa-
ſtuque ſuperbiebant. *Fractum eſt cornu illud*, il-
liſque contigit hoc quod Alexandro infortunũ,
*decidit in lectum* &c. Hoc ſuppoſito non eſt cur
ætate iunior ſuperbus ac robuſtus ſibi ſecurio-
rem ſpondeat vitam quàm ſenex iam annis
& ætate conſumptus:etenim Deus eſt,qui ſump-
to pomorum vicino poma detrahit & aliquoties
illud quòd longiùs diſtabat & à caſu videbatur
eſſe liberius.

Ad ſolidem hic cadit, quod Dominus narrat
de adoleſcente illo malè fortunato, quem meri-
tò ſtultum appellat , imprudenter enim argu- XV Confirmatur ex Chriſti parabola
mentabatur , & vt habet prouerbium caupone
prætermiſſo. *Homo quidam erat Diues.* (ſic Chri-
ſtus ) cui domus fructibus abundabat , cui cum
de nouo meſſis accreuiſſet fertiliſſima nouis ip-
ſe anguſtijs cruciabatur.Quid cum his omnibus
ageret:cum hæc intra ſe lecto dedecumbens ta-
citus agitaret in hæc verba tandem prorupit: v-
bi meſſem hanc omnem adeò opulentam recõ-
dam? varijs multiſque expenſis rationibus hanc
promit prudentem, vt ſibi videbatur , reſolutio-
nem; ſcio , quid facturus ſim : deſtruam horrea
mea & maiora faciam, in quæ natos mihi con-
gregabo fructus , & prouentum fertiliſſimum,
dicamque animæ meæ , anima mea quid tibi
deeſt? in plurimos annos & ſuperabundanter ti-
bi omnia ſuppetunt. *Anima mea habes multa bo-*
*na repoſita in annos plurimos , bibe, comede* , dum
his rationibus intenderet,de cœlo vocem intel-
ligit dicentem ſibi : *Stulte hac nocte repetent ani-*
*mam tuam à te : quæ autem paraſti cuius erunt?*
ſine caupone compotum inijſti : ó quam appo-
ſitè congruit tibi nomen ſtulti , quandoquidem
ignores animam ſeu vitam tibi non conceſſam
in omnia futura tempora , ſed mutuatam ad
eius , qui illam tibi conceſſit merum beneplaci-
tum ; noueris igitur animam tibi hac nocte eri-
piendam & à te repetendam , noueris vicinum
tibi inijciendum , teque de malo decidendum ,
quæ autem tanta collegiſti ſolicitudine cuius
erunt?heu quantis hoc accidit,quo namque tem-
pore ſibi plurimos computant ſpondentque an-
nos,Deus illis hæc intonat horribilia: *Stulte,hac*
*nocte animam tuam repetent à te : quæ autem pa-*
*raſti cuius erunt?*

### §.8. *Secundo : parum ſecura eſt vita ob materiam , & ſi pictura fallat , ſaniora docet columna, & nauis S. Machabæi.*

PRæter rationem iam dictam , ſumptam ex 22
parte Dei,qui cauſa eſt efficiens noſtræque
vitæ Autor, adfertur & alia ex parte mate-
riæ,ex qua componimur : quæ vna eſt omnibus
eadem, lutum ſcilicet fragile , & caducum ipſo
tenerrimo vitro fragilius : vnaque eſt omnium
hæc vox, cum patientiſſimo Iob:*Memento , quod* Iob.10.9.
*ſicut lutum feceris me.*Satis familiare eſt SS.litte-
ris vocare aurum naturam Angelicam , vitrum
autem humanam.Eo ſenſu capio quod dixit Iob
agens de præeminentia ſapientiæ diuinæ Chriſti

 videlicet,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

videlicet, quòd nec aurum obrizum, nec vitrum
Iob.28.17 puriſſimum eius poſſit puritati comparati: *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum.* q.d. Nec Angeli,
nec hominis: quantumuis enim in natura Angelica, quidam ſint Angelica puritate ſpectabiles
excellentiſſima: & in humana natura viros inuenias Heroicis virtutibus eminentiſſimos: nec hi,
nec illi coadunati ad illam puritatis excellentiam, quæ in Christo laudatur vllatenus poſſunt
accedere.

I. Vita noſtra vitro comparatur.

Hæc miſſa faciamus, multa itáque hic dicẽda occurrerent: expendamus quod ſi prudenter naturã Angelicã auro compararit, ob nobilitatem
inter alia metalla, ob ſplendorẽ & incorruptibilitatẽ: non inferiori proprietate naturã humanã
per vitrũ expreſſit: etenim illo nihil eſt fragilius, nihil corrumpi facilius: ſæpe namque ad ſolum
venti flatum dirumpitur & perit. Nunc igitur

II. Similitudo.

abacum ſume vitrorũ quorum aliqua tempore abauorũ tuorũ, vltra octoginta annos illic collocata ſunt, obſita puluere & telis aranearum, alia
ab annis quinquaginta, à decem, à quinque, ab heri, ab hoc momento. Quæro quodnam ex illis
maiori ſubeſt periculo confractionis? quod cenſes primò dirumpendum? Forſitan illud quod
ab annis octoginta ſtetit immotum puluere cõtectum, vt eius iam claritas minimè appareat, vel
illud quod tranſparens lucidum & terſum hodie agnouimus: Iam ſcio quid reſponſurus ſis,
quòd æquali vel pari caſus periculo ſubiaceat vnũ atque alterum; ac tã paruam huius atque illius eſſe ſecuritatem: ſunt etenim omnia, ex eadem maſſa, vnum vt alterum æquè fragile: tandem abſolutè reſpondeas, illud primò eſſe diffringendum, in quod aut ſilex aut lapis iniicietur, aut quod rei alicui duræ allidetur. Idem igitur ſit ad rẽ noſtrã iudiciũ. Mundũ appello abacum diuerſis ornatum vaſis, iiſque omnibus ex
vitro conflatis, diuerſimodè licet elaboratis, ſunt aliis alia clariora, ſunt pretioſiora. O quam
diuerſa vaſa, parua quædam, alia maiora, quidam diuites, quidam egentes, quidam ſerico quidam
vndulata veſte &c. contecti: ſed omnes ex vitro conflatiles. Quidam in hoc abaco collocati ſunt à temporibus auorum tuorum homines octogenarij, nonagenarij, quinquagenarij,
alij ab annis viginti, à decem, alij, imo quidã ab heſterno die cõſtiterunt: heri namque nati ſunt,
& in mundũ lucemque prodierunt quod primò confringetur? quod apertiori eſt expoſitum diſcrimini? vt ſyncerè vereque loquar tantũ timẽdum eſt de eo quod hodie in abaco collocatum
eſt, & de eo quod dicis nunc primum in mundum prodiiſſe formoſum, clarum, pellucidum,
atque de eo quod ab annis octoginta ſtatutum eſt, & puluere canitie, lippitudine, ſaliua oppletur. Illud primò corruet, quod primò ſilex, frigus, ventus, ſol, vel aquæ calix impulerit, & huic
caſui ſunt iuniores ipſis ſenioribus longe viciniores, vt mox dicendum.

Huic rationi riſus ille ſeu iocus (noſtro loquamur modo) D. Iacobi innititur, quo deridet quoſ- 23
dam diſcurrentes, ac computus longus facientes in annum proximè venturum alterum & tertium. Dicebat hic: ego anno proximo domum
tali loco ædificabo: dicebat ille: ego poſt duos abhinc annos ad talem emigrabo ciuitatem &
tertius: ego hoc nunc emo, & anno elapſo diuẽdam &c. O vacua capita; exclamat D. Iaco. *Ecce* Iaco. 4.13

III. Multos ſibi annos ſpondentes irridentur.

*nunc qui dicitis: Hodie aut craſtina ibimus in illam ciuitatem & faciemus quidem ibi annum & mercabimur & lucrum faciemus.* Dicite, quæſo mihi:
quærit ille, noſtis quòd craſtino ſuperuiuetis? *Qui ignoratis, quid erit in craſtinum.* Quid hoc
Apoſtole, an tam breue nobis ſtamen filumque abſcindis, vt nec vſque craſtinum nobis ſpõdeas
vitæ ſecuritatem? Me iuuenem lætor, proſpera valetudine, viribuſque robuſtiorem vt mihi videar poſſe quercubus caput illidere. A tramite
procul deliras, quid vitam tuam eſſe cogitas? *Quæ eſt enim vita veſtra?* ſcito: *vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.*

Quis non vitæ tuæ, eſſentiæ tuæ, faſtus tui, tui roboris vaporem eſſe ſymbolum admiretur? Vt
video hauſit hoc Apoſtolus ex pſalmiſta regio: In pſa 61.
vt enim aduertit D. Baſil. illud quod ex vulgata
lectione ſcribitur: *Veruntamen vani filij hominum* Pſ.61.10.
legit Theodotion: *Veruntamen vapor ſunt filij* D. Basi.
*hominum:* Cui hoc ſuperaddit: *Nihil firmum eſt in rebus humanis ſed emiſſo ſimiles ſunt vapori, qui confeſtim diſpergitur.* Huic ſymbolo ſatis aptè

IV. Vita noſtra fumo comparatur.

correſpondet fumi ſymbolum, quo Deus apud Iſaiam expoſuit vires, alacritatem, & duorum
potentiſſimorum Regum ſuperbiam: quos, dum manu procedunt copioſiori inſtructi militum, titiones vocat fumigantes vt per hoc à
metu liberet, qua cunctos percellebant: *Cor* Iſa.7.4.
*tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum.* Quid mihi oſtenderis vapore, D. Avgv.
& fumo fragilius, quodque facilius euaneſcat ad Te.10.
vnum quippe venti flatum ilico diſparet & tantò citiùs, quantò aſcendit altiùs aeraque petit
ſublimius: *Quare fumo comparati ſunt?* (ſic audio Ser.106.
D. Augu. ad hæc verba: *Quia ſicut deficit fumus,* de temp.
*deficient;* ſciſcitantem) *quia fumus erigit ſe, extollit ſe tãquã ad cœlũ, ſed quãto fit ſuperior, tãto facilius euaneſcit,*

*euaneſcit & diſperit.* Quis vapor tanta facilitate, vt vita humana reſoluitur? Ad vnicum ventum, frigus, calorem, caſumque diſperit. Nunc igitur vaporem vides ſeu fumum qui ſe tanquam in cœlum à nubiuſtertius extulit, alium ex alia parte qui heri erexit ſe, alium ab illa qui hodie exurgens apparuit. Quæro quis grauiori exponitur euaneſcendi, pereundique periculo? Verè dixero æquali omnes ſubiacent periculo: exoriens etenim ventus æque cito diſſipat, & concutit illum, qui primò aſcendit, atque illum qui hoc inſtanti in aëre comparuit: nec maior eſt de hoc quàm de illo ſecuritas.

Arbitror Dauid Regem optaſſe, vt illud manibus tangeremus in pſalmo illo, in quo humanam pſallit infirmitatem, admirandis adeo ſententijs, vt ad earum explicationem D. Chryſoſt. tractatum compoſuerit valde ſublimem: habetur poſt expoſitionem in pſalmos. Hoc ſingulari protinus orditur fundamento: *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Horum verborum emphaſim expoſuimus: Omnes homines quotquot ſunt, quid aliud eos eſſe dicimus, quam quintam omnis vanitatis eſſentiam. Capite ex omni debili, tenero, & imbecilli; eoque quod eorum vnuſquiſque habet vanitatis, & nihil: hoc namque eſt omnis homo. Vniuerſa vanitas: *Omnis homo viuens.* Quia verò pſalmiſtæ poſſemus obijcere, quomodo, ô propheta ſanctiſſime, ſiccine cunctos homines vnica parique tondes nouacula? Quòd hoc feras iudicium de fatigato ſene, de languente elumbo, de laſciuo putreſcente, de emarcido & imbecilli, non miramur; porrò hoc de adoleſcente excitato, ſalute confirmata vegeto, de duce robuſto, qui glandes inter & haſtas ſiſtit imperterritus, de puella ſpectabili forma gratiſſima? Vtique reſpondet Dauid, & manibus hoc ipſum apprehendes, ſi id in homine contingere, quod in imagine, ſtudioſè perpenderis: *Verumtamen in imagine pertranſit homo.* Multa complectuntur hæc verba myſteria, varijſque ea declarant SS. Patres expoſitionibus: verumtamen propoſito noſtro magis ſeruit, vt illa capiamus de imaginibus arte pictoria elaboratis. Cum ars pingendi tam ſit excellens, magnique fiat, Spiritus tamen S. videtur illi detrahere, vocatque malam: ait enim in hoc artem pingendi præcellere, quòd fallat ac mentiatur: quæ tantò habetur eſſe perfectior, quantò cenſetur eſſe fallacior: illumque prædicat felicem, qui hac arte ſeipſum minimè deludit: *Non in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ, labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores.* Hoc vnicè prætendit pictor, illudere viſui, & ille abſolutè perfectior eſt, qui magis decipit. Celebratur Xeuxes pictor eminentiſſimus de quo circumfertur, quòd vuas depinxerat ita naturales vuas referentes, vt paſſerum oculos deluſerit: illas etenim veras crecredentes roſtro ſuo lancinarunt: cæterum hũc exceſſiſſe fama refert Pharrhaſium, de quo ſcribitur, quòd imaginem efformarit in qua depinxit figuram quandam velo adeo naturali obumbratam, vt alterius oculos pictoris æmuli ſui fefellerit, opinatus enim hic linteum eſſe naturale Parrhaſio ait: contrahe velamen, vt figura picta videatur. Tertium adduco depingentem in tabula ceraſum, ac iuuenem ceraſa colligentem, cuius ſummum hoc erat ſtudium, primuſque labor, vt hæc ad viuum ſic exprimeret, vt oculi iudices cenſuram ferrent hæc eſſe vera ceraſa, iuuenemque illa colligentem viuum eſſe ac naturalem. Tabulam intueris, aiſque Proh quàm hæc eſt elegans Ecce ceruum illum, qui currat, vt realiter currere videatur, Vides iſtum loquentem ſic, vt remoto omni dubio loqui videatur idque, crederemus, ſi ſurdi eſſemus; & omnia fraus ſunt & dolus.

In hoc autem maximè ars hæc laborat vt oculos ludat in ijs, quæ procul abſunt. Miramur omnes in illis ſic oculos deludi. Tabulam cernis & in ea depictam imaginem patrisfamilias, optimè compoſiti, ita tibi vicini, vt tecum colloqui videatur. Immediatè poſt montes depinguntur, quos multis abeſſe leucis credideris, atque in ijs curſitantes venatores, ita vt viſus iudicet, illos multorum itinere dierum diſtare. Deinde volucres in aëre volitantes longiſſimè diſſitas: tandem nubes cœloſque altiſſimos, ſic vt quis dixerit imagines à ſe mutuo per multa diſtare milliaria. Ne ſolo viſu ducaris, quem picturæ artis excogitatio fallere contendit: adijce manum, illaque imagines apprehende: reperies autem illas ita ſibi mutuo vicinas, vt ſeſe contingant, quodque illa, quæ remotior videbatur, in rei veritate duobus digitis, non diſtare cognoſcatur. Ex his cognoſce quæ in mundo fiunt: *Verumtamen in imagine pertranſit homo.* Eſt autem mundus tabula depicta plena imaginibus, huic quippe totos intendit neruos, vt oculos præſtigio faſcinet. Quid rerum molitur illa dum ſe curioſiùs depingit, niſi vt quæ turpis erat ac fœda, formoſior appareat, & quæ nigra vileſcebat, cygno præferatur. Quinimo hæc modo vanitas ad viros vſque pertranſit (effari confundor) caliendris ſuis, ac capillatura ſuppoſititia vaniſſimos.

Margin notes:

V. Homo vniuerſa vanitas.

Tract. 15. 153.

Pſ. 38. 6.

Pſ. 38. 7.

VI. Pictura fallax eſt.

Sap. 14. 4.

24

VII. Homo puræ imagini eſt ſimilis.

Quanto ſtudio incumbit ille, vt qui illum vident, eſſe iudicent nobilem, prudentem omniq; honore digniſſimum? Eo ſenſu quidam interpre-
1. Ioa. 5. 18 pretantur verba D. Ioannis: *Totus mundus in maligno poſitus eſt.* Quod legunt alij: *In mendacio poſitus eſt.* Nihil adeo ſatagunt homines quàm oculorum aciem perſtringere: cæterum in hoc ipſa maxime fallitur, ſi imagines inſpiciat à viſu remotiores, & ſi imaginem vnam ab altera diſtare arbitretur. Vetulum cernis baculo ſenectutis innixum, quem iudicas iam ſepulchro alterū pedem intuliſſe: pone adoleſcentem cernis excitatum qui, ſi viſui credas, centum diſtat ab illo milliaribus. Ex altera parte pueros conſpicies, velut paſſeres per aëra & in aëre diſcurrentes, vt iudicet oculus longiùs eos à terra ſurſum euolaſſe: Ne fidem oculo tribueris: fallit etenim pictura: manum applica, tange, apprehende, & comperies ita ſibi mutuo adhærere, vt ſe contingant, & quod longiùs videbatur diſtare, duobus non abſit digitis, tamque terræ proximus ſit ac ſepulchro iuuenis excitatus, floreſcens, ac deciduus incuruuſque ſenex; & ille qui ſtipite per terram repit annoſus, ac ille qui per aëra volitat, tangitque cœlos adoleſcens.

VIII. Dauid vt iuueni morti proximus.

O quàm bene ſenſit hoc Dauid, de ſeipſo locutus cum leuiro ſuo Principe Ionatha. Extremis Dauid timoribus anxiabatur: ob intentatam ſibi à ſocero ſuo Saüle necem & quidem immeritam: cui ſic Ionathas: ô Dauid: non te percellat iſta res, non eſt cur mortem timeas: non enim video, qua ex parte hæc tibi ſit inferenda:
1. Reg. 20. 3. *Non morieris*; Reſpōdet illi Dauid: *Viuit Dominus, & viuit anima tua: quia vno tantum, vt ita dicā, gradu, ego morſq; diuidimur.* Ne crediderīs ô Princeps me ex ſuſpicionibus loqui, quas mihi mortis ſuggerit timor: hoc tibi vnicum aſſero, quod cū adeo certum ſit & indubitatū, iureiurādo confirmo: *Viuit Dn̄s, & viuit anima tua: quia vno tantū gradu ego morſq; diuidimur*: q. d. craſſitie vnius Iulii, vel acie cultelli, quamuis enim imago taliter ſit depicta, vt mille leucis videamur diſtare, hic tamen adeo vicina eſt, vt nonniſi vno gradu diſtet, quem ſi deſcendero mihi occurret inimica. Extende manum, & res ipſas attinge, perpende, æquali diſtantia iuuenem ac ſenē à morte ſeparari. Conſidera hoc anno qui mortui ſint, & plures mortuos iuniores, quam ſeniores eſſe reperies de quo iam ſtatim.

IX. Sepulchrū Simonis explicatur.

His credo rationibus innixus opus illud mauſolæi ſui vir ille omnium ore celeberrimus Simon ædificauit, quod ſingularibus adeo circumſtantijs Spiritus S. deſcribit, & nos alias retulimus. Nati fuerant illuſtriſſimo Principi Mathathiæ quinque filij: omnes fama clamāte, ſpectatiſſimi, quorum omniū nomina reſque præclarè geſtas Hiſtorigraphus enarrat Spiritus S. in libris Machabæorum. Inter hos effulſit quidā nomine Simon: tanta prudentiæ laude inſignis, vt eum pater ceteris filijs ac fratribus magiſtrū præfecerit: ſic enim illis iam mortis proximus ait: *Ecce Simon frater veſter, ſcio quod vir cōſilij eſt ipſū audite ſemper, & ipſe erit vobis pater.* 1. Mach. 2. 65.
Vir hic eximius parentibus ſuis fratribuſq; mortuis extruere decreuit in ciuitate ſua Modin ac patria ſuper parentum fratrumque ſepulturam tumulum illuſtriſſimum magnificum ac ſumptuoſum: & quamuis talis fuerit ratione materiæ, vtpote ex lapide pretioſo, & affabrè expolito, multò tamen illuſtrior fuit, ſi figuram ſpectes cum enim talis fuerit hic tumulus, illum Spiritus S. minutim expendit.

*Ædificauit ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu ex lapide polito retro & ante, & ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnā patri, & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternā: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare*: 25 Li. 1. Machab. 13. 27 Quantū coniicio placuit hoc Spiritui S. mauſolæum cum addat: *Hoc eſt ſepulchrū quod fecit Simon in Modin vſque in hunc diem.* Hic cōſideres, velim inſolitū non eſſe, non eſſe profanū tumulos erigere perhonorificos; de quibus poſtmodum. Elapſis hiſce diebus fabricam hanc expendimus: attamen nobis ad rem hodie occurrit, & videntur circa illam varia offerri dubia.

X. Quinque hic proponuntur dubia.

Primum eſt, vt quid Simō in hoc ſepulchro ſibi pyramidem erexit, cum actualiter ſoſpes, ſanuſque viueret. Si quidem ſex ſtatuiſſet, patri, matri, ac quatuor ſuis fratribus rationi congruebat, cum iam ex humanis diſceſſiſſent, erantque eodē loco eorūm oſſa tumulata, verùm ille nequaquā. Secundum: quo fine ſtatuendo pyramidas, inſuper & colūnas erexit? Tertium: quam ob cauſā columnis arma ſuperpoſuit? Quartum: in quē finē colūnis naues adiecit? Non enim ſibi videntur correſpondere, quinimo contraria ſibi ſunt: quandoquidē columna firmitudinem, nauis autē deſignet inſtabilitatem, quā quilibet ventus in trāſuerſum rapit. Quintum & vltimū: quomodo hoc intenderit, vt ab omnibus mare nauigantibus viderentur: quandoquidem ciuitas Modin à pelago triginta & ſex diſtaret milliaribus, id eſt duodecim leucis. Celebrat Plinius, Pyramidas Ægypti, ac refert quod tres earum, cæteris altiores famâ PLINIVS Lib. 36. cap. 12.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

famâ ſuâ totam implerent terram : *Reliqua tres
orbem terrarum impleuerunt fama , ſanè conſpicua*
Lib.1. de *omnibus nauigantibus*. Agitat hunc locum Petrus
antiq.2.3. Bellonius cuius hæc eſt opinio non eſſe intelli-
gendum id quod ait Plin. de vero pelago, fuiſſet
enim impoſſibile ab eo loco illas videri pyrami-
das ; quæ à mari diſtabant prope ſeptem leucis,
ſed quod per mare Nilus intelligatur fluuius,
qui aliquoties ob nimiam ſuam amplitudinem,
mare dicitur.

Qua ratione igitur fieri potuit, vt naues, quas
Simon columnis ſuperſtruxit in ſepulchro Mo-
din, voluerit ab omnibus videri mare nauigan-
tibus cum pene duplici intercapedine diſtarent
amplius à mari, quàm pyramides Ægypti, neque
in tam altam erectæ eſſent celſitudinem, vt præ-
dictæ? Si quis alius eſſet minus agnitus, huius
auctor ſepulchri , parum hæreremus : diceindo,
orexi quadam ac libidine fuiſſe ſtimulatum in-
ordinata: verum laudatorem habuit Simon Spi-
ritum S. ab eoque vt vir conſilij , ac prudentiæ
extitit declaratus, & indubiè hoc in opere illam
optimè teſtatam reliquit. Primò: quia ſtatuens
pyramidas, parentibus , fratribuſq; ſuis defunctis,
ſibi pariter in hoc ſepulchro pyramidem ædifi-
cauit: iam etenim ſeipſum inter mortuos nume-
XI. tabat, intelligebatque quemlibet diem vitæ ſuæ
Vita & poſtremum ſibi effulgere. Documentum non
mors pa- parui ponderis ad noſtram ſaluationem docuit
riter inci- nos D. Ambr quod & Apoſtolus (inquit) ſecutus
piunt. fuerat, dicendo, quod per ſingulos dies ſe mor-
Orat. de tuum iudicaret : *Quotidie morior fratres. Vſum*
fide reſur- *mortis exercuit* (loquitur D. Ambr.) *qui mente ſua*
rect. non *quotidie ſe mortuum cogitabat* , de quibus aliàs
longè à egimus fuſiùs, aitq; eleganter D. Ambr. *De imma-*
princ. *turitate mortis non eſt ratio conquerẽdi, cum ſemel*
1. Cor. 15. *in naturam noſtram per peccatum impreſſa morta-*
31. *litas, obnoxium ſibi omnem vitæ noſtræ fecerit diẽ*.
D. Ambr. Ex huius occaſione perpendit, ipſum vitæ noſtræ
Lib. 2. de principium eſſe pariter & mortis : cum non ante
vocat. viuere, quàm mori incipiamus: *Vita huius princi-*
gent. c. 8. *pium* (verba ſunt D. Ambr.) *mortis exordium eſt*,
Tom. 4. *nec prius augeri incipit vita noſtra , quam minui.*
D. Bern. *Semper ex quo incipimus viuere* (produco D. Ber-
Ser. 17. in nard.) *nil aliud agimus, niſi morti appropinquare, &*
pſ. Qui *incipere mori*. De quibus alibi.
habitat. Diſputat D. Iuſtinus Martyr. & declarat
Tract. 1. §. ad inſtantiam fidelium baptizatorum , cur bap-
41. & 42. tizati oleo ſancto ſemel & bis inungantur, quod
☞ 26 ſapere videtur inordinationem : cum antiquis
XII. mos eſſet mortuos iam ſepulturæ tradendos
Cur bap- inungere: ille verò qui baptiſmatis aquis ablui-
tizati in- tur nondum ſit mortuus, ſed nec de morte qui-
dem cogitet, minus quando puerulus baptiſmi ungantur
ſacramento initiatur: à modico namque tempore & cande-
prodit in mundum victurus: idem conſiderandũ lam acci-
venit & interrogandum cur baptizato candela piant,
tradatur in manus : ceremoniæ ſunt hæ ſolem-
nes , quibus Eccleſia abbinc à ſuo exordio vſa
fuiſſe ſcribitur, de quibus varias, ac diuinas SS.
Patres allegant rationes. Porrò noſtro maximè
congruit inſtituto illa quam aſſignat D. Iuſtin.
dicens: quòd etiam ea de cauſa baptizatus vn-
gatur: quia mortuorum eſt ceremonia, quatenus
intelligat , & ſeipſum Chriſtianus reputet velut
mortuum , hocque illi in mentem veniat, quod
Dominus ait de Magdalena caput illius vngẽ-
te: vnctionem hanc ſuæ ſeruire ſepulturæ : eò
quòd iam proximus eſſet morti: *Vngimur, & effi-* D. Iust.
*cimur Christi* (ſic ait D. Iuſtinus) *id eſt vncti, ad* Lib. qq. ad
*recordationem eius , qui vnguenti vnctionem pro* Orthod.
*ſepultura ſua habuit, & dixit: Præuenit hæc vngere* q. 137.
*corpus meum ad ſepulturam* . Hoc idem tibi appli-
ces: dũ enim vngeris, admoneris, vt te ipſum iã
attendas cum hac vnctione, candelaque accenſa
in manu, quaſi tibi dicatur, modo nunc ad ſepul-
turam te præparari, hæque tibi Spiritus S. voces
ingeminentur: *Memor eſt, quoniam mors nõ tardat*. Eccli. 14.
Vtinam te ſic attenderes, te circumſpiceres, vel- 12.
ut eum qui iam à paucis diebus extremam ſuſ-
cepit vnctionem : quàm longè diuerſæ forent
cordis tui cogitationes, quàm alij greſſus tui, &
immutata ſolicitudo?

Hoc mẽte reuoluebat ſanctiſſimus ille Simõ,
qui licet viueret inter mortuos ſe recẽſebat: iam
ſibi pyramidem erigebat, & columnam in ſepul-
chro, iuxta eas quas parentibus fratribuſque ſta-
tuerat iam in illo reconditis. Deinde columnas
erexit & pyramides, vt illos ipſos ex parte ani-
mæ, ac corporis repræſentaret, Pyramides, ani- XIII.
mas referebant ac ſpiritus , vt enim notat D. Pyrami-
Tho. *a*. poſt D. Iſid. *b* pyramides figurã præferũt des fer-
flammæ igneæ perpetuò aſcendentis, & petentis uorem
altiora, & ex eo deriuantur : πῦρ etenim apud ſignant,
Græcos ignẽ ſignificat. Tales erãt ſpiritus viro- a *In l.* 1.
rum illorũ inſigniũ: ſemper enim alta petebant, *Mach. c.* 13
cordaque ſua ad cœleſtia erigebant, vt eos nul- b *Lib.* 15.
latenus quæ terrena ſunt detinere valuerint : & *Ethimolo.*
quia omnes inſtar ignis ardentiſſimi fuerunt, *c.* 11.
feruidi, & diligentes, & diuini honoris zelo fla-
grantiſſimi. Talem deſcribit Spiritus S. parentem
eorũ Mathathiam: *Vidit Mathathias Iudæum in o-* 1. Mach. 2.
*culis omniũ ſacrificare idolis &c. & accẽſus eſt furor* 23.
*eius ſecundũ iudiciũ legis, & inſiliẽs trucidauit eũ*
*&c. Et zelatus eſt legẽ, ſicut fecit Phinees*. Hoc et-
iã addidit quod filijs ſuis iniunxit iã moriturus:

*Nunc*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIV. Columna denotat ſuperiores.

*Nunc ergo filij æmulatores eſtote legis.* Ceterum quantum ad corpus, terræque negotia, columnæ erant etenim prerioſæ, firmæ, & à toto ſuo populo magna in veneratione habitæ, vt de illis proloqui licuerit, quod demum D. Paulus de alijs Apoſtolis: *Qui videbantur columnæ eſſe.* Sunt autem Principes, nobiles ac potentes velut columnæ fulcientes Rempublicam: vnde illos Philoſophi compararunt oſſibus corporis: ſunt etenim illi, quibus inniti debet iuſtitia, ſecuritas pupilli defenſio, puellæ tranquilitas, honor coniugatæ. Qui reipſa tales ſunt nomen merentur columnarum; non illi, qui potius Rempub. diſperdunt, euertunt iuſtitiam, diruunt honeſtiſſimum mulierum pudorem, & pauperum ac pupillorum iacturæ damnoque cooperantur.

Gal. 2. 9.

XV. Arma potentiam ſignant.

Tertiò columnis arma ſuperpoſuit: vel quia toto vitæ ſuæ decurſu armis graues pro diuinæ legis protectione perſtiterunt: vel vt vires ſuas ac potentiam aduerſus Dei inimicos oſtenderent, cum quibus perpetuas, ſanguinolentas ac immortales lites bellaque committebant, quo factum eſt vt ſua nomina æternitati tranſmitterent, exemplum ſucceſſoribus ſuis imitandum: *Super columnas arma, ad memoriam ſempiternam.* Et quamuis in hoc pijſſimus Simon prudentiæ ſuæ atque ingenij ſpecimen dederit, notanter tamen hoc vltimo declarauit euidentiùs, cum naues columnis ſupererexit. Nihil magis commune apud quoſlibet Auctores, quàm columnas vt ſignum ponere fortitudinis, ſtabilitatis, ac ſecuritatis: naues autem vt mutabilitatis, inconſtantiæ, inſtabilitatiſque ſymbolum: vt enim maximè operoſum eſt, columnam mouere fixè fundatam, ſic maximè facile eſt mouere nauim etiam vnico venti flatu: *Ecce naues cum magnæ ſint* (inquit D. Iacob) *à ventis validis aguntur & circumferuntur.* Per hoc inſinuare voluit prudentiſſimus Simon: etiam fortiſſimas columnas tam debili niti fundamento, quàm leuiſſimæ naues, quia tam parua gaudet ſecuritate ipſe, qui ſalute viribus ac robore pollet fortiori, quàm ille qui debilem ſe, ac infirmum eſſe cognoſcit: quodque tam facile ſit iuuenem cadere robuſtiorem, ac ſenem annis, morbiſque decrepitum: nec non maximani fortiſſimæ columnæ firmitatem tam eſſe debilem, quàm nauis maximè mobilis, quam ventus arripit, tranſponit, & qualibet tranſmittit. Hoc ſingulis diebus attende, hoc in Euangelio noſtro perpende: *Ecce defunctus.* Oculos in mortuum hunc deflecte, perpēde quod cum columna eſſet, omnium iudicio firmiſſima, fuit tamen eius firmitas inſtar nauis: tenuiſſimus etenim ventus, eum deiecit in feretrum ſepeliendum.

XVI. Mors iuueni æquè ac ſeni vicina.

Iacob 3. 4.

Hic pedem fige, ſicut figebant illi qui mortuum Aſael conſiderabant. Narrat S. pagina de Aſael nobili viro, fratre ducis exercitus Ioab conſobrino Dauidis erat autem hic iuuenis; agilis vento comparandus, quem nec cerui curſu currentem aſſequabantur: *Erat Aſael curſu velociſſimus, quaſi vnus de capreis, quæ morantur in ſyluis.* Hunc Abner curſu velociſſimo tendentem lanceâ transfodit, proſtratumque in via mortuum trucidauit Quotquot (teſte S. pagina) viam præteribant, ſubſiſtebant, in eum lumina detorquebant, ſummo ſtupore attoniti: *Subſiſtebant omnes, qui tranſibant.* Se mutuo interrogantes: Hiccinè eſt Aſael? Quis credat, eum ſic proſtratum? An hic adoleſcens eſt ille robuſtus, agilis, leuis, læta valetudine? quid ei robur, quid fortitudo, quid profuit agilitas? *Subſiſtebant omnes &c.* 17

XVII. Ad mortui funus ſiſtendū.

2. Reg. 2, 18.

Loquitur Dominus Tyro ſub ſymbolo nauis, malo, remis, velo, & antennis inſtructæ: perituræ tamen: eo quod nulla foret anchoræ ſoliditata firmata, qua conſtans ita ſiſteretur, vt eam nec turbines, nec fluctus, mariſque tempeſtates in ſcopulos petraſque collidere præualerent. Sic intendit Euangeliſta, vt modo ſubſiſtas hunc conſpicatus adoleſcentem: *Ecce defunctus.* Illum attentè cōſidera, quàm infirma fuit eius fortitudo, quàm iuuenta debilis, quàm inſtabilis firmitudo: atque hinc addiſce, nullam eſſe adoleſcentiam, nullam in tua natura fortitudinem adeo firmam, quæ nauis non ſit æquiparanda inſtabilitati. Conſultum foret, vt vulpis prudentiam imitareris, de qua Pierius ſecutus Plutarchum aſtutam refert præuentionem. Hyberno dum tempore fluuio occurrit glacie conſtricto, priuſquam pedes eum tranſmittit, hac ſibi arte viam ſternit ſecuram: aurem apponit ad glaciei ſuperficiem attentaque auſcultat, an aquam infra glaciem audiat præterfluentem, quod ſi audierit, agnoſcens ex naturæ inſtinctu glaciem eſſe valde teneram, & ad tranſeundum debilem, ilico ſe inde feſtina proripit, nec ei ſe fidere poſſe intelligit. Si verò, non audiat, tranſit, cognoſcens glaciem eſſe ſolidam, corpuſque firmum. Quid mortem eſſe arbitraris, niſi torrentem adeo fluidum, vt ad mundum defluat vniuerſum? *Omnes morimur,* (aiebat Thecuitis illa mulier prudentiſſima ad Dauid) *& quaſi aquæ dilabimur.* Nemo ſatis admiratur epithetum, quod morti Salomon aſſignauit: *Mors defluens. Pro morte defluente deprecatus ſum.* Vocatur *mors defluens id eſt in omnes fluens:* vt enim de paradiſo, fons ſcaturiuit, quatuor

XVIII. Vulpis aſtutia.

2. Reg. 14. 14.

Eccli. 51. 13.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quatuor diuiſus flumina; ſic de peccato, quòd ibi commiſit Adam fluuius mortis emanauit, in totam generis humani naturam: *Per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt.* (Rom. 5. 12.) Tu videris an non fluuius ſit defluens. Aliquando iter vitæ noſtræ facientes, aliquid huius fluminis inuenimus, quod ſolidum videtur & firmum: vt eſt proſpera valetudo, vires, iuuentus, diuitiæ, voluptates. Ne, te precor, his, fidas, niſi prius autem appoſueris, atque diligenter attenderis: an realiter hoc eam habeat fortitudinem, quam oſtendit: an ſub eo mortis fluuius currere percipiatur. Studioſè perpendas, & noueris quòd in illius adoleſcentia & huius valetudine, & alterius robore, ſenſeris, mortemque videris; quia quo tempore iuuenis ille vegetior apparebat, corruit mortuus, & quando alterius ſecura cenſebatur eſſe valetudo, decidit in lectum mundoque moriens valedixit. Hæc præ oculis videns, non minus ſis ipſa vulpe prudentior: intellige, nullam tibi fiduciam in iuuentute, viribus, & robore corporis eſſe collocandam.

### §. 9. *Morti vicinior eſt iuuenis, quàm ſenex: videtur hoc paradoxum: Verum hoc adſtruit ratio diſcurſu notatu digno.*

☞ 28 NOndum hoc ritè ſatis perpendimus, dicēdo id quod hactenus: mortem æque vicinam eſſe iuueni atque veterano ſeni: & robuſto atque infirmo, ſed hoc inſuper adſtruo mortem iuueni quàm ſeniori eſſe proximiorem. Paradoxum videtur: ſed nequaquam eſt; at propoſitio adeo clara, vt eius veritatem viderit D. Ioannes, quam & illi Dominus oſtendit ſub hieroglyphico diuino prorſus & admirabili. Vidit hic, & ecce: *Equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors.* (Apoc. 6. 8.) Notat hic antiquus Tertullianus quòd vox: *Pallidus* in Græco ſignificet: *Equum viridem.* (Apud Blaſiū Vigas in Apoca.) Quamuis enim primo intuitu equus ille, cui mors inſidebat, pallidus videretur, nihilominus ſi attentiùs inſpiceretur, viridis erat. Quis vidit mortalium, equum viridem? Amplius, quis pallidum? Nec vnus color nec alter equis conuenit: attamen altum hic latet myſterium: quamuis enim ita ſit, vt videatur propria mortis ſedes eſſe ſenex pallidus, exeſus, corroſus: frequentior tamen eſt & communior, adoleſcens viridis, ſeu petauriſta ſua florens, & alacer viriditate, ſenſu virilis, in ſuis negotijs paſſionibus, & actionibus. Hanc duabus manibus apprehendes veritatem.

I. Mors iuueni quā ſeni vicinior.

Biſariam quis poteſt mori, vel naturaliter: eo quod paulatim pereat ac calor conſumatur naturalis, vel per accidens, eo quod humores illi perturbentur ex aliquo frigoris, caloris, cibi, ſeu potus &c. accidenti. Morte naturali tu ipſe conſpicis quam pauci hinc abſcedant: poteſt enim fieri, vt in tota vita tua nec vnum videris, qui ſola conſumptus ſenectute defecerit, ex nullo alio præter ſenectutem accidente, & defectu naturæ. Omnes mortes vel quaſi omnes adueniunt ex accidenti, ſiue per frigus, ſiue per calorem, ſiue quòd comederis, vel biberis, vel bile nimia exarſeris, &c. Hoc conceſſo clarum eſt hunc morti fore propinquiorem, in quo locum hæc accidentia habebunt ampliorem. Nunc igitur quæro: quis ſe illis euidentiùs exponit quàm iuuenis: non enim ſolummodo hæc illi fortuito occurrunt, ſed ipſe ea inueſtigat, ipſe ſolicitat.

II. Duobus modis homo moritur.

Annoſus, infirmus, qui varijs ſubiacet accidentibus, ac morbis, ab illis ſibi ſedulò cauet, à pruina nocturna, à frigore, à cibo, nociuo à potu intemperato: iuuenis autem quantò robuſtior ac ſanior, tantò ſe illis amplius ingerit, tota nocte ſub dio percurrit, ferro grauis, pruinæ pluuiæque receptaculum, per diem caloribus exponitur ſolis ardentiſſimis. Ab ſingulas horas quis eum non videat comedentem? Litibus non occupatum ſanguinarijs? Proiectum & effuſum ad admittendum quælibet nociua ſanitati?

III. Iuuenes ſe mortis periculis magis exponunt.

Hoc autem non parum congruit illi quod diximus, homines eſſe vaſa vitrea in mundi abaco collocata: eruntque illa confractioni viciniora, quæ lapillorum magis ſunt expoſita adiectioni, quibus dirumpantur. Quàm tutò ſe ſenex ſubducit, ne frigore, ne pruina conteratur? Quàm præmunitus ille, qui laborat accidentibus, à mille leucis ſibi præcauens, ne quid illum tangat quod adferre poſſit vel minimum nocumentum? Cæterum iuuenis, quid non agit, vt ſeipſum exponat vbi eum frigus, calor, ros, pruina, aqua, cibus inordinatus, & potus intemperatus quolibet tempore morbo percutiant inſanabili?

Quod ſi hoc perpendere volueris, illud ad oculum conſidera, ſciſcitor à te quot fratres vixiſtis: ſex aut ſeptem. Quot ex illis ad decrepitos peruenerunt annos; Vnus aut duo, Plures igitur iuniores obierunt. Dic mihi Dñe: quot nati ſint tibi filij? Nouē vel decem. Quot ex illis tumulo tradidiſti antequam annum agerent vigeſimū?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sex vel octo. Igitur abſque vlla comparatione maior eſt eorum numerus qui iuuenes defuncti ſunt. Euolue libros Parochiarum: vel reuoca ad memoriam quot habuiſti in tua claſſe condiſcipulos, quando puerulus addiſcebas elementa? Quinquaginta vel ſexaginta. Quot ex illis annũ viderunt quadrageſimum? Quot hodie viuunt ſuperſtites: octo vel decem. Igitur inferior longè numerus viuorũ quàm mortuorũ, ſenum, quàm iuuenum. Quot ex humanis hoc anno hac in ciuitate diſceſſerunt? Quadringenti vel quingenti. Et quot ex illis annum exceſſerunt ſexageſimũ? Octo vel decem: quia ſicut pauci ſunt qui ad illã vixerunt ætatem, ſic multò ſunt pauciores, qui illam tranſgreſſi ſunt; plures igitur ſunt qui iuuenes moriuntur, quàm qui ſenes ſuperuiuunt. Scrutare S. Euangelium, & tres iuuenes mortuos principales à Chriſto ad lucis vſuram reuocatos: illos attende, omnes ætate iuniores. Puella filia Principis Synagogæ duodennis, adoleſcens ex hodierno Euangelio quem iuuenem nouimus, & Lazarus triginta circiter annorum vt teſtatur D. Epiphan. In Catalogo dogmatum Manichæi: & filius Reguli, quem dicere poſſumus ſimiliter à Domino de mortis faucibus erutum, eo quod iam animam exhalaret: & hic erat iunior.

☞ 29 IV. *Iuuenes ſæpius moriuntur; quia grauius peccant. Rom. 5. 12*

Optimæ ſunt hæ rationes, ſed eſt alia ſuperior, quam nobis ordinariè S. litteræ proponunt, à quibus longe arcendum eſt omne mendaciũ. Quæ eſt via per quam communiter mors ingreditur? Omnes conclamant: peccatum eſt: iam etenim D. Paul. hoc ſtatuit irrefragabile principium: *Per peccatum mors.* Quænam ætas magis dedita ſceleribus? Indubium eſt, eſſe iuuentutẽ, in qua feruentius ebullit ſanguis, paſſiones ſunt fortiores, appetitus vegetiores: in qua minus timetur, magis præcipitatur, minus conſideratio viget & diſcurſus, magis inflatur arrogantia, in qua voluntas regit, & voluptates dominantur:

*Divvs Amb. Lib. de viduis. To. 4. Gen. 8. 12. Divvs Amb.*

Audiamus & credamus D. Ambroſ. » *Vicina eſt lapſibus adoleſcentia: quia variarum æſtus cupiditatum feruorem calentis inflammat ætatis.* » Idem D. Ambroſius expendens illud de Geneſi: » *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona* » *ſunt ab adoleſcentia ſua.* Incipere iuuenem eſſe, » & iuuenilia cogitare, eiuſdem ſunt temporis: » *Ex illa enim ætate*, (loquitur idem) *creſcit malitia, nam diligentia & ſtudium peccandi incipit* » *à iuuentute, vt puer quaſi infirmus peccet; iuuenis* » *tanquam improbus, qui ſtudioſe cupiat peccata* » *committere, & in criminibus glorietur:* Phraſi » ſingulari notat Spiritus S. facinus egregium Ioſeph: dum ait: » *Mulier erat moleſta adoleſcenti.* » Quo ſenſu iuuenem illum appellas? Dauid eum » virum cognominat: *Miſit ante eos virum.* Hoc » eſt facinus illud admirabile, quod adoleſcens, & » tali innexus occaſioni, quodque de illa felici » adeo ſucceſſu dilapſus ſit, nec Deum offenderit, » ad cuius offenſam eum tam acriter Domina » ſua pellex excitabat: miraculum hoc eſt miraculorum: eum virum agnomina: iuuentutem e» nim exceſſit; quinimo & ipſa lupa nonaria mu» lier, hoc cũ nomine compellat, iudicans facinus » hoc non iuueni ſed viro debere imputari, cla» moroſa namque, & plorabunda: *Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos; en introduxit virum* » *Hebræum*: domeſticos ſuos vocat ipſa *homines*, » porro Ioſeph, *virum*: talem etenim ſe hoc prodi» gioſo demõſtrauit ſtratagemate: quamuis enim » anni ætaſque iuuenem referrent, mentis tamen » egregia fortitudo virum proclamabat, qua cun» ctos domeſticos vt viros habitos, longè vir alios » præcurrebat: *Otioſa iuuentus imprudenter educata*, (ſic D. Chryſoſto.) *omni ferociſſima beſtia immanior eſt.* Idcirco Dauid tempus adoleſcentiæ tempus inſcribit ignorantiarum & delictorum: *Delicta iuuentis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Quamobrem aduertit D. Hier. eam hanc eſſe ætatem, quæ magis conſilium frænumque efflagitat.

*Gen. 39. 10. V. Ioſeph cur vir dictus. Pſ. 104. 17. VI. Iuuenta vitijs dedita. D. Chr. Ho. 38. in Matth. Tom. 2. Pſ. 24. 7. Epi. 43. ad Cromat.*

Sæculò renuntiauit, & monachus fit nobiliſſimo ſtemmate progenitus iuuenis Bonoſus, ſic D. Hieronymus. Sororem reliquit puellã ætate floridam, quæ cum talis eſſet, omnibus de ea curam dedit ſolicitam, vnde D. Hieronym. ſcripſit Cromatio, & Euſebio deprecans eos, vt eam in ſuam ſolicitudinem ſuſciperent, cauerentque ne pudoris animæque damnum incurreret: *Huic ego, vt ait Gentilis Poeta, omnia etiam tuta timeo. Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter, in quo & ego lapſus ſum* &c. *Hoc illa nunc maxime ingrediens, omnium eſt fulcienda præceptis*, &c. *Crebris veſtræ ſanctitatis epiſtolis roboranda. Acerrima pugna calentis iuuentutis eſt* (adſtruit D. Aug.) *vidimus eam tranſiuimus per eam.* De experientia (inquit) loquimur. *Iuuentutis ardor* (teſtatur D. Baſil.) *ad verbis flagitia quæque apprime mobilis, cui adſunt indomitæ, & effrænes concupiſcentiæ, belluina ira, linguæ incontinentia, contumelia, arrogantia, faſtus ex animæ elenatione: reliquæ itẽ affectiones iuuentutis vernaculæ: examina enim innumerabilium vitiorũ ſe agglomerant, & adiungunt iuuentuti.* Inſuper & illud tempus eſt inquit Iob in quo peccata medullas penetrant oſſium, eaque putredine adimplent: *Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ ſuæ.*

*D. Hier. Epi. 41. ad Ruſinum. Tom. 2. D. Avgv. Ser. 43. de verbis Domini Tom. 10. D. Basi. In cap. 3. Iſaia. Iob. 20. 11.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſua*. Faxit Deus hoc in noſtris non experiamur
verius eſſe adoleſcentibus, quàm ex libris ad-
diſcamus Conſidera prodigum illum miſerum:
vt enim illius Chriſtus exponeret inſolentias,
petulantias, concupiſcentias, perfectamque ſui-
ipſius dæmoni traditionem velut domino, de in-
duſtria ſupponit, quod iuuenis & valdè iuuenis
*Luc.15.12* eſſet: *Adoleſcentior*: quia quantò quis adoleſcen-
tior, tantò cenſetur inſolentior. Nunc igitur at-
tolle argumentum. Quis viam ſternit, aperitque
morti portam, niſi peccatum? hoc autem fre-
quentiùs in iuuenibus robuſtis ac ſatiis, quàm
in ſenioribus ac languentibus inuenitur. Libe-
rius iter ad illos mors inuenit, portamque pa-
tentiorem.

Ad clariorem huius expoſitionem, hæc notes,
quòd Deus, vt paulo ante diximus, oſtenderit
D. Ioanni mortem depictam in figura ſignoque
equitis, inſidebat hic equo pallido languido, de-
bili, vix oſſibus hærenti, porrò adeo leui, vt cum
alios equites, equoſque venuſtos, & agiles vt vē-
tus, ſequeretur, omnes tamen velocior aſſequere-
*Apoc.6.8*: tur: *Ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper illum,
nomen illi mors*. Admirabile ſymbolum & myſte-
rioſum, illis non parū conforme, quæ Deus pro-
phetis ſuis Danieli & Zachariæ videnda propo-
ſuerat, vt enim deſcriberet optimates Principes,
& mundi Monarchas oſtendit Danieli plures
*Dan.7.23.* beſtias: & Vati Zachariæ, multam equorum al-
*Zacha.1.8* borum, rubrorum, variorumque copiam. Quid
etenim fuerunt potentiſſimi Monarchæ, atque
Principes illuſtriſſimi, niſi agiles equi, qui mun-
dum percurrerunt paſſionum ſuarum ac libidi-
num calcaribus excitati? Babylonij, Medi, Perſæ,
Græci, & Romani, quot namque velociter terras
percurrerunt, imperia dilatarunt, Prouincias ſi-
bi ſubiecerunt? O quàm celeriter cucurrit Na-
buchodonoſor, Darius, Alexander Magnus, Cæ-
ſar, Pompeius, alijque ſimiles: multas percurre-
runt hi equi regiones: attamen illis mors cucur-
rit velocior, cum omnes ſit aſſecura, proſtrauerit
*Baruch.3:16.* omnes, & poſt ſe reliquerit ſolo protenſos: *Vbi
ſunt Principes gentium, & qui dominantur ſuper
beſtias, quæ ſunt ſuper terrā, & qui in auibus cœli
ludunt: qui argentū theſaurizant, & aurum, in quo
confidunt homines &c. exterminati ſunt*. Et quis
illos exterminauit quis proſtrauit, quis deiecit;
*Rom.5.12* Mors; *In omnes homines mors pertranſijt*.
☞ 30 Velociter cucurrerunt illi, & velociter, mul-
VII. tumque nonnulli currunt, attamen mors multò
Mors velocitis, cum omnes ſupergrediatur, omnes
omnes pertranſeat, omnes antecedat, quos in terra pro-
antecur- ſtratos cæſoſque derelinquit. Curre tu ô diui-
rit.

tiarum helluo, mortemque fuge in hoc tui cor-
poris equo adeo valido (: *Equi eorum caro*: ait *Iſa.31.3*
Dominus) etenim extra dubiū eſt, aſſequetur te
mors equo pallido, debilique vecta te tranſibit, ac
miſero deiectum ſepulchro ſuperabit Curre tu ô
puella, venerea ſpecie formoſior; poſt puſillum
enim temporis ad te accedet, & faciem illam
ceruſſa fucatam calcabit, & corpus illud tuum,
ſic ornatè leuiterque compoſitū pedibus dura
proteret factum eſca vermium, putredinisque
congeries. Velociter nimis currit eques ille, cum
omnes tranſgrediatur, omnes aſſequatur agilior?
*Feſtinat mors*, aſſerit Spiritus S. Modò bene, & VIII.
alterum promoueamus pedem. Si equi leuiſſimi Similitu-
quo nullus in hac ciuitate poſſet inueniri ad do.
curſum agilior ſic vt zephyro ſit æquiparandus,
tantæ agilitati alas ſuperadderes; aut acutioribus
illū ſtimulis prouocares, quid tuo iudicio face-
ret? Exploratum eſt, quòd ſcopuloſa quæque ac
ardua perfringeret, percurreret, parieteſque trā-
ſiliret. Mors equus eſt quo nullus velocior; vt
diximus: omnes enim anteuertit. Quid peccatū
eſſe cenſes, niſi calcar huic equo peracutum: Nō
dubito, quin Apoſtolus noſtrum audiat argumē-
tum, accedatque dicens: *Stimulus mortis peccatū* 1.Cor.15.
*eſt*: Cui ſeruit calcar, cui ſtimulus? Vt equus 56.
paſſu prouolet duplicato, boſque maiori progre-
diatur diligentia: *Qui tenet aratrum, & qui glo-* Ecc.38.28
*riatur in iaculo, ſtimulo boues agitat*, teſtatur Salo- IX.
mon: quid opinaris calcar eſſe ac ſtimulum, quo Aſperitas
mortis equus excitatus paſſu procurrit velocio- vitæ mor-
ri? Non eſt continuatum ieiunium, quo quinque tem non
ficubus per diem contentus multis annorum accelerat.
curriculis viuebat abſtemius D. Hilari, D Pau.
primus eremicola centum tredecim annis, abſti-
nentia vltra humanam fidem credibili. Nō ſunt
corporis flagellationes, vſque ad ſanguinis effu-
ſionem, quas cum quotidie Apoſtolicus Pater
noſter D. Vincent à Ferraria ſuſciperet, vitam
vſque ſeptuaginta quinque annos protraxit in-
columis. Non eſt durus lectus chaumeniæ, id eſt
ſuper pauimentum dormitiones, quibus incum-
bens D. Anton. vixit centenarius. Non nocturnæ
vigiliæ, nō aſperiores pœnitētiæ: illas enim fre-
quentans D. Hier. annos ætatis vidit nonaginta
nouem. Nō perpetuò carnem torquere, cruciare,
affligere: qui namque fecit hoc D. Romualdus
ſupra centeſimum vigeſimum addit in horribili
illa Camaldulæ pœnitentia. Geſta SS. illorum
Patrum percurre, quantas ſpirant pœniten-
tias, redolent aſperitates, exhalant diſciplinas
ac labores, nec ob hoc breuis eorum vita, imo
plurum annorum ſana protractior: *Stimulus*

*mortis peccatum.* Stimulus qui mortem excitat ad curſum, vt rupes, ſcopulos muroſque perſtringat, vnicoque aduolet momento, peccatum eſſe perhibetur, hoc illam cogit properare, alias non tam cito acceſſuram.

Exemplo tibi ſit quod dictante Spiritu S. tempore Noe contigit. Tantis homines ſceleribus contaminabantur, vt Deus mundũ delere penitus decreuerit. Sic Noe ſuã aperit intentionem, præcipiens, vt hoc ipſum præco mortalibus intimaret. Hunc enim legitimum eſſe autumo ſẽ-

Gen. 6. 9.

ſum verborum S. Scripturæ: videns etenim Deus omnem carnẽ viã ſuã corrupiſſe, ſic ait: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Vocat Deus ſpiritum ſuum, animam & vitam: illum namque tribuit ſpiritum ſuum inſpirando. q. d. ratio non ſuadet, non æquitas, vt diuturnior ſit vita: (hoc enim ſignificat. *In æternum*) populi illius, qui vitijs ſe totum tradidit carnalibus? ſicut prouerbium habet de cane rabioſo. Non tu diu viues, nec longo tibi tempore vitam conſeruabo: confeſtim enim morieris: idẽ itaque eſt quo ſtatim addidit: *Tactus dolore cordis intrinſecus, dixit: Delebo hominem quem creaui à facie terræ.* Stat ergo, quod in pœnam ſcelerum, hominum voluerit exterminare vitam, quocirca ſic Noe loquitur.

Licet autem hoc ſic propoſuerat ſecundũ iuſtitiam, recordatus tamen eſt miſericordiæ ſuæ; vnde hæc ſubnectit, miſericors: *Erunt dies illius centũ viginti annorũ.* Arbitrantur nonnulli, quaſi dixeris amodo non viuent homines vltra centũ viginti annos. Hanc refellunt opinionẽ D. Hier. & D. Aug. etenim poſt diluuiũ hoc ſtatutũ vitæ tempus exceſſerunt. Arphaxad filius Seth, nepos Noe vixit 338. annis, & Sale eius filius 433. annis, & Heber huius filius 464. ſicque plures alij. Diuinæ actus hic adſcribendus eſt benignitati. Mundum diluuio ſubmergere Dominus ſtatuerat, porrò tantis licet ſceleribus irritatus, locum tempuſque voluit agendi pœnitentiam indulgere, præmonens, atque aperiẽs per Noe animi ſui propoſitũ, quatenus ad meliorem vitæ frugem adſpirarent. Vt autem immenſa ſua pateret omnibus miſericordia, ait illi: vt populo notum faciat, ſe mortem, per diluuium venturam, ad centum viginti annos benignè dilaturum. Hoc ſen-

D. Hier. a l. de qq. Hebr. in Gen. To. 3. b Ho. 22. in Gen. Gen. 6. 3.

tiunt D. Hier. *a*. & D. Chryſoſt. *b*. Dominum illis verbis inſinuaſſe: *Et erunt dies illius centum viginti annorum.* Quid ad hoc D. Hier.? *Ne videretur in eo eſſe crudelis, quod peccantibus locum pœnitentiæ non dediſſet adiecit: Erunt dies eorum centum viginti anni: hoc eſt, habebunt centum viginti annos ad agendam pœnitentiam.*

X. Peccata mortem accelerãt.

Nihilominus vt idem probat D. Hiero. ex S. textu, mortis curſũ accelerauit, & viã, qua ambulaſſet homo centũ viginti annis ad centeſimũ contraxit, anno quippe centeſimo diluuiũ introduxit. Quid hoc? Siccine tẽpus à Deo ipſo præfixũ deficit imperfectũ? Videtur Deus ſuo verbo derogare, nec ſtare promiſſis? Nihil hoc te moueat (reſpondet idẽ Doctor) quamuis enim mors equo vecta curſore, illoque paſſu progrediens ad centum & viginti annos appellere debuiſſet, tamen ſtimulum illi flagitijs ſui peccatores addiderunt: auditis etenim minis Dei, quas illis præſcius Noe prædicebat cum agere de flagitijs ſuis pœnitentiã debuiſſent, & de præteritis animum reuocare, noua alia ſuperaddiderũt peiora peioribus, & hæc tanto mortẽ ſtimulo prouocarunt, vt ipſa viginti annos vnico impetu feſtina tranſilierit: licet tanta niti viderentur ſecuritate, quanta Dominus ipſe aſſeuerauerat: *Quia pœnitentiam agere neglexerunt, viginti annorum ſpatijs amputatis anno centeſimo venit diluuium*: ait D. Hieron. D. Hier.

31 Hoc idem inſinuat nobis Spiritus S. loquens de duobus illis iuuenibus filijs Patriarchæ Iudæ Her & Onam: fuit Her primogenitus, venundatus vt faceret malum, & illico mortis debitum ſoluit: *Fuit Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini, & ab eo occiſus eſt.* Fuit Onam natu ſecundus adoleſcens, quoad valetudinis robur ſupi conferendus: verum turpiori ſe inquinauit ſcelere, & confeſtim pœna mortis mulctatus interijt: *Idcirco percuſſit eum Dominus, quod rem deteſtabilem faceret.* Regem conſidera Saulem, virum corpore adeo neruoſum ac robuſtum, vt: *Ab humero & ſurſum emineret* (teſte Spiritu Sancto) *ſuper omnem populum.* Et nihilominus cum ætatis iam flore vegetior vernaret, regnique habenas glorioſus moderaretur, accurrit mors, quam peccata ſua ſtimulo ad curſum viſerunt velociorem: *Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas &c. Ideo interfecit eum Dominus.* Quid hoc ſignificat, quod eos Dominus occiderit? An non omnes Deus interimit? *Ego occidam & ego viuere faciam:* dixit olim, & iterum: *Ego ſum qui habeo claues mortis, & inferni.* Non enim occidit febris, nec peſtis, nec flegma, nec præfocatio, ſed Deus: ſicut nec gladius interficit, ſed ille qui gladium dirigit. Si Deus igitur omnes interimat, cur de illis nominatim dicitur, quòd eos Dominus interfecit? Vt hoc noueris, hanc iuuenum mortem, & acerbiùs acceleratam, & quæ præmatura cenſetur,

Gen. 38. 7 Gen. 38. 10 1. Reg. 9. 2 1. Paral. 10. 13. Deut. 32. 39. Apoc. 1. 18

XI. Quomodo dicatur Deus malos occidere.

ferur, opes eſſe Deo adſcribendum, qui pedes
eorum ſtringit;& effectus eſſe peccatorum,quæ
ſtimulo mortem excitant acriori. Idcirco canit
Pſ.54.24. Dauid: *Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt
dies ſuos.* Non te prætereant hæc verba: *Dies
ſuos.* Dies alicuius illi dicuntur, quos expenſo
naturali curſu eſſet viſurus incolumis. Perverſi
nebulones, ad medium dierum illorum ſuper-
ſtites non viuent, qui iuxta curſum naturalem
alioquin incolumes viuerent: etenim antequam
ad dimidium eorum accedant, illos mors ino-
pinata adorietur, quam eorum ſcelera ſtimulo
prouocant, ita vt illis dies, menſes, annique re-
ſcindantur.

Huic ſententiæ ſuffragatur illa Eliphas The-
manites amici Iob,& regis ſapientiſſimi ſenten-
Iob.22.16 tia: *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius
ſubuertit fundamentum eorum.* Huic noſtræ con-
gruenter intentioni moralis explicat doctor.
Lib.16. Idem nobis conſulit Spiritus Sanctus diuinâ illa
Mor.c.6. ſententia, quam Salomon prælegit: *Ne impie
agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in
tempore non tuo.* Videtur impoſſibile, conſiderata
noſtrâ miſeria, quin aliquis varijs irretitus oc-
caſionibus vel parum ſtulteſcat, ſicut homini
calamitatibus obruto hoc cenſetur impoſſibile:
(nec ipſum Salomonem excipio) prudenter
omnia operari: quocirca quòd nonnullus vel pa-
rum ſtulteſcat, tranſeat: ſed quod nullatenus
Eccle.7.18 tolerari poteſt, hoc eſt ſi multum ſtulteſcat: *Noli
eſſe ſtultus multum.* Quod tu, Domine mi, plus
iuſto dilapides inutiliter & cum quodam tem-
pori, facultatum, opumque exceſſu in conuiuijs
XII. ſeu merendis opiparis, ſiue in luſibus recreati-
Parum uis, malum eſt, ſed tolerabile; verumtamen ſi
ſtulteſce- vitam integram, ſalutem, opes & tempus impu-
re tole- dicæ illi impendas ſcortator amicitiæ, quâ non
randum parum honori tuo derogatur, malis debitiſque
eſt. grauis, oculos tuos tot occludens damnis, aures
tot vocibus, quot te prædicatores inquietant,
quinimo & ipſe Deus ingeminat? Hoc omnino
non ferendum.

Quòd vnica nocte tu iuuenis ad muſicam
obambules, leui licet ſalutis tuæ incommodo,
parentum atque amicorum anxia ſolicitudine à
malo eſt: Cæterum quod ſingulis noctibus ar-
matus procedas, turbatus, inquietus, hos infeſtãs,
alios perturbans, quis hoc patiatur? Quod te
Domina cultibus adornes, faciem ceruſſa confin-
gens, vt coloris defectum curioſa ſuppleas,
quem tibi negauit natura, tranſeat: Porro, quod
tota tua ſolicitudo vitaque pompis dicata ſit &
fucis, ac elegantioribus veſtibus: quatenus te
hic, quatenus alter aſpiciat, & ſis omnibus lapis
offenſionis petraque ſcandali: nemo tolerabit.
Caue tibi (loquitur Spiritus S.) *Noli eſſe ſtultus
multum: ne moriaris in tempore non tuo,* & om-
nem non impleas curſum, quem tibi Auctor na-
turæ ſecundum legem, curſumque naturalem
viuendi, præſtituerat: ſunt enim acuta hæc cal-
caria, quæ mortem exſtimulant, vt vnico impe-
tu plures tranſiliat annos, & prius accedat,
quam alias acceſſiſſet, ſi illam haudquaquam
prouocaſſes.

Siquis reus carcere conſtrictus, ad mortem XIII.
damnatus ob læſæ Maieſtatis crimen à patre Similitu-
ſuo commiſſum, eo fine ac ſententia vt infra do.
menſem patibulo infamis appenderetur: ſi ſen-
tentiæ exſpectans executionem, in ipſo carcere
proprijs actibus Regem multò grauius offen-
deret, vel in eum rotam laxaret ſclopeti, vel la-
pillis eum impeteret; certum eſt, quod hoc faci-
nore ſententiæ ſuæ executionem redderet longè
breuiorem, diemque acceleraret executioni ſen-
tentiæ deſignatum, Ad mortem damnatus es, ob
patris tui Adam in Deum, offenſam in quo ve-
lut in humani generis capite cenſebaris, vt de-
clarant Theologi. Hoc Apoſtolus verbis illis
innuit: *Corpus quidem mortuum eſt, propter pec-* Rom.8.10.
*catum;* id eſt, condemnatum ad mortem: Hic
in mundi carcere detineris captiuus, diemque
habes iuxta curſum naturalem præfixum, quo
ſit tibi moriendum. Si ad hunc perueneris, in
tempore tuo morieris; porro ſi tanta te præcipi-
tes inſania, vt nihil agas aliud, quàm grauiora
nouaque veteribus ſuperaddere crimina, ac mil-
le proprijs Deum irritare ſceleribus, tot illi ad-
ijciens lapillos, quot committis ſcelera, an non
inſane, vides accelerandam tibi executionem
fore ſententiæ, nec vitam tuam ad præſtitutum
non protrahendum terminum, ſic vt proinde
moriaris in tempore non tuo?

Eleganter de hoc diſputat D. Bernard. Senen. 32
Ordinis Seraphici gloria, admirandum referens *In quadr.*
exemplum, quod eius tempore contigit Cata- *Dom. 2.*
loniæ de quodam adoleſcente, qui per iudicis *quadrag.*
ſententiam patibulo ſuſpenſus continuò totus *Ser.17.*
incanuit, barbamque protraxit vſque ad pectus *Tom.2.*
perſenilem. Loci Epiſcopus ex diuina reuelatio- XIV.
ne edoctus, aſſerit hunc adoleſcentem, ad illam Exemplũ
vſque ætatem fuiſſe ſuperuicturum, ſed vitæ de iuui-
tempus illi ob indebitam contra parentes rebel- ne non
lionem, abbreuiatum. Ne verò diuagemur vlte- ſuo tem-
rius, ſufficiant nobis quæ in SS. litteris apertiora pore
legimus. Viuit anima tua dicito mihi, quàm mortuo.
procul ab homine mors diſtabat, dum cum Do-

XV. Quam longe mors diſtet ab homine. minus condidit? Adeo procul, vt diſtantia diceretur prope infi..ta, nedum mille, milleuis milliaribus, imo ſpatio diſſidebat infinito: ita vt, quantumuis celeriter mors aduolaret numquam tamen ad hominem vſque pertingere, potuiſſet: quandoquidem per totam Dei æternitatem immortalis, numquam homo mortuus fuiſſet:
Sap. 2. 23. *Creauit Deus hominem inexterminabilem.*

Nihilominus labitur homo in peccatum, manum ad pomi fructum adijciens interdictũ: quod ſi ſuperficialiter attenderis, vix hoc vilius videtur
Lib. 13. de Ciu. c. 20. & l. 14. c. 13. momenti, vt D. Aug. ſæpius expendit, hoc vnicum autem peccatum, ſtimulus fuit, quo primæuus homo acriter adeo equum hunc mortis pupugit, vt hoc ſtimulatus tanto procurrerit impetu vt momento temporis totum hoc tranſilierit ſpatium, & illa mille millia annorum, &
XVI. Mors per peccatum citiſſime accurrit. hanc diſtantiam quaſi infinitam, & confeſtim ad hominem peruenerit, eum vt ſuum apprehenderit, captiuum, ſibique ſubditum reddiderit, diuinis hæc omnia conformiter tenticulamentis: *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris*: nec illum tantummodo hæc inuoluit ſententia, ſed totam eius ſecum traxit poſteritatem, quæ in ipſo peccauerat: iuxta Apoſtolicam declaratio-
Rom. 5. 12. nem: *Per vnum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt.* Itaque vnicum hoc peccatum, quo primus homo manum ad arborem extendit interdictam, effecit vt mors percurreret, atque pertranſiret tam immenſum, atque infinitum ſpatium, & in ictu oculi ad illũ appropinquaret, à quo prius millenis leucis, imo tota abfuerat æternitate, ad quẽ idcirco nũquã potuiſſet accedere. Dicito tu mihi; quãti à te mors diſtat? Nolim te tam perfectum ac Dauid, de quo diximus quod illam ſibi adeo proximam conſiderat, vt nõ intereſſet vel vnius Iulij craſſities, vel acies cultri: *Viuit Dominus & viuit anima tua; quia vno tantum, vt ita dicam gradu ego morſque diuidimur.* Sed nec te collocare velim in conſideratione philoſophorum dicentiũ: quod ſi ſenes mortem habeant adſtantem portæ: iuuenes illam timere debent in angulo latitantem in inſidijs: *Mors ſenibus eſt in ianuis, iuuenibus in inſidijs.*

Fingito mortem tantum à te diſtare, quantũ volueris, tibi vitam determinans adeo diuturnam, quali perfruuntur hoc tempore mortales, ſeptuaginta, vel octoginta, imo etiam centum annorum: ſit ita, fauſtumque tibi ſit, quamuis autem nequeam, quæ tamen hoc concedo lubẽs imaginationi. Ex alia parte dicito mihi, ſi tantummodo manum ad arborem vetitam extendendo, illam ita ad curſum excitauit, vt vnico momento tot annos diſtantiæ, quales diximus ſuperarit, perpendo diligenter, quam arborem tibi Deus in lege ſua interdixerit, ad quam temerarius legiſque tranſgreſſor manum non extenderis extendaſque quotidie, in Dei contemptum eiuſque non leuem iniuriam fructum rapiens: edenſque prohibitum? quæ genera peccatorum mihi dixeris, quæ millies non cõmiſeris? Mendax es, ſuperbus, ambitioſus, inuidus, carnalis, inhoneſtus, profanus, murmurator, periurus: te namque contemplatus Iſaias deplorat: *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Isa. 1. 6. Si peccatum igitur vnicum ſtimulus fuerit, quo homo mortem excitauit, & ad curſum ardentius prouocauit, ita vt in ictu oculi ad illum perueuerit, à quo tot annorum myriadibus, imo tota æternitate diſtabat; tot ſtimuli, quibus eam excitas, non efficient, vt in ictu oculi percurrat, ſuperetque annos ſeptuaginta, vel octoginta?

Sapienter valde definiunt Theologi peccatũ? XVII. Diffinitio mortis ab effectu.
Porro Deus illius nobis in effectu deſcripſit diffinitionem apud Salomonem iuxta nonnullos antiquos codices, quos ſequuntur Lyra, Carthuſia. Vatab. &c. *Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio.* Sap. 1. Ecce tibi, quid ſit peccare mortem manu comprehendere: & quod per peccatũ ſit, nihil eſt aliud quàm ipſam obtinere. Poteſt hoc congruè declarari per illud quod paulo ante retulimus; quòd nempe vitam à Deo mutuò conceſſam accepimus pro libera eius meraque voluntate diſpoſi- XVIII. Similitudo.
tam. Siquis tibi gladium commodatò concederet, videret autem quòd illo rupes petraſque percuteres, & quocumque irrumperes: indubium eſt, quòd ilico illum à te repeteret; ſi tibi ſimiliter catenam accommodaſſet, videret autẽ quòd illam per lutum traheres ſordibus inquinatam: manifeſtum eſt quòd ilico illam à te repoſceret ſibi reſtituendam diceretque: frater mi: tam inhoneſtè catenã illam luto obuoluere, nihil aliud eſt, quàm illam perdere, qua propter illum tibi actutum eriperet. Conceſſit tibi Deus animam vitamque mutuatò: cernit quòd illam indecorè excipias inhonores, per ſordes peccatorum reptes fœtidiſſimas: quid futurum inde arbitraris, niſi quòd tibi hoc dicat, quod alteri: *Hac nocte animam tuam repetent à te?* Luc. 12. 20.

XIX. Peccator brachiũ habet lõgum. Verumtamen magis propriè ad litteram dico, quòd Spiritus S. intenderit exponere; quàm longum habeat peccator brachium: quãuis enim mors infinitis diſtet milliaribus, eam tamen in ictu oculi per peccatum apprehendit. Declarat ibi Spiritus S. qua ratione mors ad Adam per-

uenire

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

venire potuerit, cum tam longè, vt diximus ab illo diſtaret. Non mireris: quia peccauit, & per hoc ad illã acceſſit, adeò licet remotã, illamque

Sap.1.13.

apprehendit & ad ſe peccator attraxit: *Deus mortem non fecit, impij autem manibus & verbis accerſierunt illam.* Proh quàm profũda eſt hæc Theologia? Sicut enim gratia quid eſt adeo excellẽs, vt iuſtus cum illa operando, vitam obtineat æternam, à qua per naturam ſuam diſtabat infinitè: eodem plane modo peccatum quid eſt adeo peruerſum, vt per illud homo mortem aſſequatur, ab illo licet intercapedine diſtet infinita: & quamuis homo ſit per gratiam inter Seraphinos altiùs elatus, ab morte ſic diſtans, vt nihil amplius, peccando ſolummodo ad illam approximabit, eamque comprehendet, iuxta illud Apo-

Rom.6.23

ſtoli: *Stipendia peccati mors: gratia autem Dei, vita æterna.* Numquid non aptè dicitur: *Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio?*

a Lib.4. Mor.c.17. & 18.

b In declamat. ad Guiliel. Abb.

Ex his rationem capiunt D. Greg. a. D. Bern. b. cur Spiritus S. mortem corporalem agnominet vmbram mortis ſpiritualis: eſt enim peccatum vera mors: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis* &c. Vmbra corpus ſequitur: vbi corpus ſtatuitur, continuò vmbra ſequitur & currente corpore, currit & vmbra. Mors corporis vmbra eſt

XX.

Cur mors corporis dicatur vmbra.

peccati quod eſt mors animæ. Quàm primum corpus hoc peccati in hunc mundum intrauit, mors velut vmbra eius ſtatim introiuit; & eodem pede quo peccatũ currit, currit & mors. Feſtina, propera tu peccando, & videbis quàm propere tibi mors aderit. Euge, num vitam exoptas diuturnam? An multis annorum decurijs viuere ſatagis? Dauid meliùs quàm ego quærit hoc à te voce publica, & edicto præconio, quod in Dei

Pſ.33.13.

nomine mũdo notificat: *Quis eſt homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?* Communis eſt SS. interpretatio, per vitam intelligi vitam gloriæ: hæc etenim vita temporalis mors eſt potius di-

c D. CHR. Lib.2. in Ioan. c.74

d D. AVG. Ser.39. de verbis Domini, & l.50. Hom. Ho.1

e Ser.7. in pſ. Qui habitat.

Li.3. cont. Hæreſ. c. 32.

cenda quàm vita. Ita ſenſerunt D. Cyril. c. Diu. Aug. d. & Bern. e. Et ob eandem rationem dies bonos intelligunt, dies beatitudinis: huius etenim temporis dies, hoc nomine non merentur appellari. Verum D. Iren. opinatur, Dauidem etiam de hac vita præſenti ſermonem inſtituere. Quis eſt homo, qui vult vitam dieſque bonos? O Sanctiſſime Dauid: quot ſunt qui tibi hanc concedunt propoſitionem? Dicito nobis, quale ſupereſt ad hoc medium, & remedium? Quæ præſcripta præſeruatiua, quæ cordis confortatiua non vulgaria? Quas nobis regulas præſcribis? indubiè certiores erunt illis multò, quas nobis Galenus proponit obſeruandas. Quem modum nobis in cibo potuque præſtitues? Quos cibos inquiremus: An nobis iniunges: vt à pruina caueamus? An vt carnem lautiùs excipiamus. Multum aberras, ſcopum non attigiſti. Mors acceſſit, & acce-

XXI. Quod medium ſeruandi vitam.

Lib.1. de ſanitate tuenda.

dit per peccatum: vitam vis diuturnam, dies videre ſalubertimos: Ab illis tibi præcaue: *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum.* Proh quale Recipe adeo præcellens & ſecurum? Viſne viuere? *Diuerte à malo & fac bonum.* Dimitte procam & inhoneſtam viuendi diſſolutionem: ſatage de ſeruiendo Deo. Cupiditati renuntia, & liberalis cures eſſe eleemoſynarius. Ex hoc gradu ad alium aſcendamus.

Si peccatum attrahat poſt ſe mortem, ipſamque acceleret, & curſu propellat velociori, facitque vt vnico accedat inſtanti: quæro à te: quænam eſt ætas in qua magis vigent peccata, & homo deditus illis viuit liberius, quàm adoleſcentia? Hæc etenim cauea eſt & antrum in quod intrant omnia, talique concurſu reſident, vt turmatim ſe mutuo propellant: ætas hæc illa eſt, in qua bullit pruritque ſanguis, appetitus ſunt vehementiores, experientia nullà, timor nullùs retrahit, libido dirigit actiones, & præcurrit, ſine reſpectu non tolerabilis audacia. Maximè propriè vocauit Eliu amicus Iob iu-

Iob 36.14.

XXII. Adoleſcentia bene dicitur tẽpeſtas.

uentutem tempeſtatem: *Morietur in tempeſtate anima eorum.* Vertunt Septuaginta: *Morietur in iuuentute.* Habes hic ſymbolum maximè proprium adoleſcenti diuitis, ſani, robuſti, excitati, nauim ſcilicet tempeſtate iactatam: *In tempeſtate.* Prædiximus nihil eſſe facilius quàm nauim mare ſulcantem in diuerſa rapi; quilibet venti flatus eam dirigit, ducitque quolibet; & tempeſtate agitata, quando varij diuerſique venti, quinimo contrarij pari flatu in eam conſpirant, quis dicat qua ratione quolibet impellatur? Omnes in illam vim ſuam explicant, vnus ex hac, alter ex alia parte, vnde momento temporis ad tam varias eam dolebis pelagi ſemitas deiectam, vt deploranda nauis his tãdem fracta patiatur naufragium & pereat. Quid adoleſcens eſt, niſi nauis in mundi pelago expoſita in quem tantos ſuos adoleſcentia impellit ventos quantis inordinatis ſuis turbatur appetitibus, & motibus laſciuiæ, gulæ, ambitionis, iracundiæ, ſuperbiæ, voluptatis & infinitis cupiditatibus agitatur? Heu quantis paſſionum ſuarum turbinibus perturbantur? Optimè qua-

Pſ.106.27.

drat hoc illis de pſalterio: *Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt:* Parum norunt, multa cupiunt, cœci ſunt

&

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Prou.22.15.*

& currunt; ecce quid illis contingit : *Stultitia alligata eſt in corde pueri*; ait Spiritus S. q.d. id quod in corde adoleſcentis dominium habet ac Principatum, & de eo numquam excedit, velut quid illi colligatum, ſtultitia eſt & ignorantia. Sibi perſuadet ſe ipſo Salomone ſapientiorem. Noueris ergo cæcum illum eſſe & amentem.

*Hom.67. in Gen.*

XXIII. Taurus exprimit adoleſcẽtem.

*Gen.49.6.*

Notat D. Chryſoſtomus quod Patriarcha Iacob vt ſubtilis Philoſophus vocauerat, (iuxta verſionem Septuaginta) taurum Sichimorum Principem, quando Dinæ amore exæſtuabat quem Simeon & Leui occiderunt: *In furore ſuo ſubneruauerunt taurum.* Taurus etenim eleganter exprimit adoleſcentem, eò citiùs procurrens, quo paſſionum ſuarum ſtimulis acriùs incitatur, feritque oculis clauſis nihil attendens. Ideirco inquit D. Ambr. quamuis tantâ dotatus eſſet Salomon ſapientiâ, faſſus tamen eſt, quod inter maximè obſcura & intellectu difficilia: *Penitus ignoraret viam iuuenis in iuuentute.* Sic legit D. Ambr eadem de cauſa, inquit, pater eius Dauid maritauit adoleſcentiam ignorantiæ & ſtultitiæ: *Delicta iuuentutis mea, & ignorantias meas ne memineris.*

*Orat. de obitu Valenti. inter princ. & med.*

*Prou.30.19.*

*Pſ.24.*

His ita conceſſis, in qua ætate timenda magis videtur eſſe mors homini: Si peccatum vnicum hoc valuit, vt ipſam attraheret tanto diſtantem interuallo, tot tantaque peccata an non ſufficient, vt quam primum aduolet, cum nos illi ſimus adeo vicini? Super hoc fundat D. Chryſoſtomus proficuum ſanè documentum, quod parentibus præſcribit filiorum ſuorum vitam optantibus longæuam. Numquid illam vis reddere certiorem? Huic ad labora, (conſulo) vt ſibi à peccatis caueant, ſint virtutis ſtudioſi, Deum timeant, frequentent Sacramenta, ſint modeſti. Ad huius confirmationem adducit id quod ſummo Sacerdoti Heli nouimus contigiſſe: qui cum inordinatiùs atque intemperantiùs filios ſuos diligeret, eorum laxabat frœna cupiditatibus, & quamuis aliquando defectus eorum corriperet, nimis tamen leuiter, & cauda vulpinâ cædebat eos: verebatur enim eos mœrore afficere, vitamque illorum optabat prorogari. Ea ergo de cauſa, reſpondet illi Dominus, amittes eos, nec accreſcent nec filios procreabunt, teque ad ſepulchrum præcurrent, quod & factum legimus. Appoſitè ſententiam illam Spiritus S. annectit ponderatu digniſſimam: *Ne læteris in filijs impijs, & niſi fuerit in eis timor Dei, ne confidas vitæ illorum: ingemiſces enim intempeſtiuo luctu, & confeſtim illorum ſcies conſummationem.*

*L.3.contra vitu per. vitæ monaſt.*

XXIV. Ne iuuenes moriantur Deum timeant.

*Eccli.16.1*

Hæc verba perpende ſingula, præſertim hæc: *Niſi fuerit in eis timor Dei, ne confidas vitæ illorum.* Præ gaudio ſubſilis natos tibi filios, vt pinus aureas, agiles, ſanos, optimè diſpoſitos. Interrogo te: num Deum timent? num à ſceleribus viuunt puriores? num ſuis vacant appetitibus? num frœna laxant cupiditatibus? Si filios aduerteris ſceleribus implicatos, ne confidas vitæ illorum, robori, ſanitati, ſed hoc ſit tibi compertum; quando minus de illis quid ſuſpicaberis fuiſtri, hæc tibi triſtia noua adferentur: Filius tuus immatura morte ſublatus eſt: *Confeſtim illorum ſcies conſummationem*: nec inquiras vnde, vel quomodo: ſufficiat tibi hoc ſcire, quòd Deum grauiter irritarint. *Vnde* (ſic D. Chryſoſt.) *acerbæ & intempeſtæ mortes? Nonne quod filios noſtros emendare negligimus?*

*D. Chr. Tom.1.*

## §.10. Defunctus efferebatur. *Diligentia mortuos efferendi ad ſepulchrum noſtrorum corporum oſtendit miſeriam.*

*Ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matri* 35
*ſua.* Expende cum D. Chryſoſtomo. a. & D. Auguſtido. b. Quàm cito de domo defunctum efferant, quamuis vnicus ſit matri ſuæ, & id quod præ cæteris ardentiùs exoptatur: talis etenim eſt noſtrorum corporum miſeria, vt ſtatim corrumpantur, vermibus corroſa impleantur, tantoque fœtore cuncta coinquinent, vt nec filius patrem, nec mater vnicum filium, ſed nec vxor maritum, quem vita ipſa ſibi habet chariorem, perferre poſſit: *Vxorem etiam inuitam* (ait D. Chryſoſtom.) *fontes vermium exagitant, vt maritum deſerat.* O calamitatem infelicem, quæ tibi digito monſtrat, quid ſit corpus hoc, quod tantopere farcinas, excolis & adornas. Quorumdam animalium caro in longa tempora ſeruatur incorrupta, vt aſſerit D. Auguſtinus de carne pauonis: vt enim eius rei caperet experimentum, pectus eius aſſeruari iuſſit, & ad anni terminum integrum atque incorruptum inuenit, hominis autem caro continuò corrumpitur & fœtet: ita vt nec ipſa germana Lazari ſoror, fœtorem cadaueris perferre præſumpſerit, inclamans: *Iam fœtet.*

*a Hom. in pſ.38. quæ habetur poſt expoſitionem in pſal.*

*b Ser.48. ad fratres in Eremo.*

*D. Chr. Tom.1.*

I. Corpora noſtra ſtatim fœtent.

*Lib.21. de Ciuit.c.4. vſq.8.*

Hinc originem ſumpſit, id quod refert Diodorus moris fuiſſe apud Ægyptios, ſi quis filius heres mortuorum parentum debita non ſtatim ſolueret, vt apud eum defunctorum cadauera domi aſſeruarentur, nec ſepulturæ traderentur; quo ſignificabant, nullum exactorem eſſe ſeue-

*Apud Petr. Bellon. lib.2. de ſepul. cap.2. ad fin.*

riorem,

> II. Ægypti cadauera domum adduci iubebãt, vt citius debita ſoluerentur.

riorẽm, qui feſtinam ſic extorqueret debitorum ſatisfactionem, quàm vermes, fœtorem, putredinem, ex corporibus defunctorum exhalantem, qui tantus eſt, vt nullum ſit tormentum adeo moleſtum ac intolerandum; vnde illam ſæuiſſimi tyranni, velut ſupremo tormento reos affligebant, dum eos ſcilicet viuos defunctorum cadaueribus ſociarent alligatos, quo nullum dari poteſt efficacius argumentum; quo corporum noſtrorum probatur non ferenda corruptio.

> D. Avgv. Serm. 48. ad Fr. in erem. T. 10.

Huius veritatis conſiderationem ex ipſo D. Aug. hauriamus: *Cum eſſemus apud oſtia Tyberina matre chariſſima ſociati, exſpectantes temporis trãquillitatem cauſa remeandi ad Africam, & gratia illius, cui mare, & terra obediunt compulſi, à Pontiano Præfecto, viro clariſſimo, qui de Roma ad nos videndum venerat, cum eodem iterum reuerſi ſumus Romam ad intuendum diligentius magnifica ædificia, & opera Paganorum: & ductus ſum cum cæteris ad videndum Cadauer Cæſaris in ſepulchro, & vidi quod omnino eſſet colore liuido ornatum, putredine circumdatum, ventrem eius diruptum, & vermium per illum tranſeuntes cateruas proſpexi, duoque famelici in foueis oculorũ paſcebãtur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebant labijs conſumptis, & reuelatũ erat narium fundamentum, & intuens matrem Chriſtianiſſimã dixi: Vbinam eſt Cæſaris corpus præclarum? vbi capilli ſolares? Ibi facies decora? Te namque venerabantur homines, te timebant Principes &c. Ei reſpondit mater pietate plena: fili, omnia ſibi pariter defecerunt, quando defecit ſpiritus eius, & reliquerunt eũ captiuatum in ſepulchro trium brachiorum plenum fœtore & putredine.* Et ſtatim adiungit: *Eia ergo fideles Chriſti conſiderate, quid ſumus, animaduerte ad quid venimus.*

> Iob. 20. 6.

Eleganter hoc expreſſit Sophar Naamathites: *Si aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur.* Septuaginta legunt. *Si aſcenderint in cœlum dona eius.* q. d. conantur mortales ſeipſos

> III. Homines ex baſi diuitiarũ metimur.

vſque ad cœli ſydera in opinione atque æſtimatione hominum extollere, donis boniſque quæ receperunt. Sunt autem diuitiæ bonaque terrena velut baſis, ſuper quam auctoritatis ſuæ figuram ſeu imagii em attollunt; quæ tantò ſurgit altiùs, quantò fuerit baſis, cui innitur, erecta ſublimiùs. Hæc autem eſt ratio, obquam illos iudicemus eſſe ſublimiores, quos opulentiores diuitiæ, bonaque plura ad ſtatũ erigunt altiorem. Vnde infert Seneca: *Ideo nos hominum magnitudinem admirari: quia eos metimur cum baſi ſua.* q. d. quia demetimur proſperitatis eorum altitudinem, ex bonis & diuitijs quas ſibi comparant: etenim illæ ſunt quibus tales ſubleuantur. Illa nãq; e vox *Superbia* eleuationem ſignificat: & ſublimẽ exaltationem: q. d. Erigat ſe homo, ſtatum aſcendat quemlibet ſublimem, culmo adiutus diuitiarum bonorumque temporalium, ita vt capite ſydera tangere, illudque nubibus inferre videatur: hoc certò nouerit quòd ad finem dierum ſuorum, in extrema illa mortis hora ita corporis eius patebit manifeſtè corruptio, vt futurum ſit adeo horrendum atque execrabile, vt conferri poſſit ſterquilinio. In Hebræo vox habetur: *Gelgal*, quæ rem ſignificat immundam abominabilem, horridam, vt nedum offendat manus attingentis, ſed inſuper & oculi contuentis nauſeam pariat intolerandam, vt omnes ab eo longius aufugiant, domibuſque ſuis ipſum procul eliminent.

> Seneca

> Lib. de vare ſepult. IV. Cadauera vt ſterquilinia habẽtur.

Ni faller huius rationem hauſit ex veteri Sabæorum, Arabumque conſuetudine, quam adducit Geraldus & refert Pineda: ſic etenim illi cadauera mortuorum exhorrebant, vilique faciebant, vt illa velut ſterquilinia haberent, ſtagnaque fœtidiſſima. Pro huius confirmatione legimus quod mortuum Regis ſui corpus ad ſterquilinium extrahebant, in eoque ſepeliebant: æquale namque iudicabant eſſe ſterquilinio, quo declarabant nullum defunctis corporis locum magis conuenire, quàm ſterquilinium immundum, putredine vermibuſque exhorrendũ. Quãuis etiam Regis ſui corpus, erat tamen ſtagnum horribile, fœtidumque ſterquilinium. Idem teſtatur Strabo & ad confirmationem eius quod dicit, ſententiam in medium profert Heraclyti philoſophi ſenioris, dicentis: ſibi nihil differre, atque non minus abominabilia cenſeri fœtentia mortuorum cadauera, quàm ſterquilinia, quibus nihil ſit fœtidius, nihil horribilius; proinde ad illa, quaſi ad propria loca eſſe deferenda.

> Li. 16. ad fin. Strabo.

Ex his concluſit Sophar amicus Iob, quòd iã tractandus eſſet, habenduſque vir iuſtus Iob vt mortuus, quando vidit illum ad ſterquilinium damnatum, lepra ſordidiſſimum; quo deſignat eum ex ſumma proſperitate, qua florentem illũ viderat, ad ſummam delapſum eſſe miſeriam: *Quaſi ſterquilinium in fine perdetur*, abijcietur ſcilicet & vilipendetur, eo modo, ac ſi ſterquilinium eſſet, & vt tale ædibus ſuis exterminabitur, cui vt proprium habitaculum aliud aſſignabitur fimetum fœtidiſſimum, quale ipſe iam eſſe cenſebatur. Et hoc idem (teſte D. Augu.) fiet illi, qui ſe pluribus cenſet bonis dotatum, Crœſoque ditiorem: atque inter alias hunc vnam

> L. 2. de mirab. S. Scrip ſit. c. 35



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*V. Cur ſepulchrum Moyſi ſit incognitum.*

dari rationem, cur voluerit Deus vt Moyſi corpus mortuum procul valde, & à populo diſtãter ſepeliretur, ſed nec voluerit, vt quiſquam ſepulchri ipſius noſſet mauſolæum: ne quis de populo videret faciem corpuſque Moyſi defuncti, nõ enim congruum cenſebatur, vt viderent tunc faciem illius adeo ſordidam, exeſam ac corroſã, quam prius viderant pulchram, refulgentem luceque mirabili glorioſam, dum ex monte poſt longũ cum Deo colloquium deſcenderet. Heu quale conſpicitur corpus illud, illaque defuncti facies, cuius tantus eſt fœtor quem à ſe exhalat, vt intimis etiam ſibi amicis, atque dilectiſſimis horrorem excitet execrandum, eumque habeant vt abominandum: in tantum vt etiam illi, quos viuentes præ cæteris amauerant, ſint, qui fortiùs inſtent, vt quam primum de domo efferatur tumulo cooperiendus, ne forſan offendat domeſticos & fœtore, ac corruptione inficiat, voluntque eo vſque in terram altè deponi, vt nec caput, nec manus, nec brachia, nec membrum aliquod defuncti videatur.

*D. Amb. l. 6. Hexa. c. 8. To. 1. Ho. 3. in illud Moyſi: Attende tibi.*

Perpendit autem D. Amb. quandam doctrinã, quam mutuatus eſt ex D. Baſil. nempe quòd corpora quæ breuiori tempore, & facilius corrumpuntur, fœtentque turpiùs, ex quibus etiam maior vermium copia confluit, corpora Principium ſint & luxurioſorum. *Grauius fœtent diuitum corpora luxuria diſtenta. Luxuriam*, hic dicit delicias in comedendo, veſtiendo, & dormiendo, quibus caro mollior redditur, propria corruptionis vermiumque materia. Sic expertus eſt D. Augu- referens enim, quòd Romam cum matre ſua perueniens, cũ eũ vrbis Præfectus Pontianus feſtiuius vellet excipere, ductus eſt ab eo, vt ciuitatis huius imperioſæ, ac totius orbis capitis ſpectaret celſitudinem & multis varijſque hinc inde viſu admiratione dignis, tandem in ſpectaculum adducitur Cæſaris Imperatoris cadauer de quo ſic ſcribit: *Vidi quod omnino eſſet liuido colore ornatum, putredine circumdatum: ventrem eius diruptũ, & vermium per illum cateruas tranſeuntes proſpexi; duo quoque famelici in foueis oculorũ paſcebantur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebant labijs conſumptis, & reuelatũ erat narium fundamentum.* Maximè tamen illos exhorrebat vermes, qui de inani ventris eius concauo proſerpebant. Optimum ac veridicum de hoc teſtimonium dedit benedictus Pater Franciſcus de Borgia, nobilitatis Hiſpanicæ decus eximium: quamuis enim pari pede in eo nobilitas, pietaſque progrederentur: illam tamẽ animo concepit virili mutationem, quam totus expauit

*D. Avgvs. Ser. 48. ad frat. in Eremo. Tom. 10.*

*VI. Cæſaris Imperatores cadauer deſcribitur.*

mundus, cunctis etenim renuntians terrenis, pauperiſque religioſi depoſitis mundi exuuijs ſuſcepit habitũ. ex conſpectu corporis illuſtriſſimæ Reginæ Eliſabeth, quando tumulandum Granadæ in feretro iacens apertum fuit: cum enim illud prius vidiſſet gloria & honore coronatum, ita ſtupefactus hæſit, vt dicere potuerit: *Haccine hæc eſt illa Elizabeth?* ſicut alij de regina Iebabel, illi vt nomine ſimili, ſic moribus longè diſſimili, exclamarunt.

Hanc eſſe rationem autumo, cur ille maximus 54
ſit amicus, qui præ cæteris huic incumbit, vt corpus ædibus quàm primum efferatur tumulãdum, ne fœtor percipiatur, & qui ſe defuncti iactant, amicos, hoc ipſo declarant, dum manum adhibent mortuo ſepeliendo, terræque pugillum inijciunt. Quinimo hæc prima angeris in codicillis tuis ſolicitudine, vt corpus tuum quantocius terræ mandetur, & vix aliquid eſt, quod grauiùs ferres, quàm ſi crederes, corpus tuum non ilico ſepeliendum, factum iam cineris congeſtus, & fœtor oculis hominum intolerabilis, ſicut illi, quos Dominus per Iſaiam his verbis perterruit: *Indignatio Domini &c. interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum aſcendet fœtor.* *Iſai. 34, 2.*

Sic Pagninus interpretatur, quod ait Iob de diuite, proſpero, abundante: *Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit:* legit ipſe. *Ad puluerem feſtinabit*. q. d. feſtinatò puluere eſt terraque contegendus. *Ad puluerem feſtinabit*, eritque hæc cura illius prima, qua diſponet, vt quàm primum mortuus fuerit, ad parentũ ſuorũ ac prædeceſſorum ſepulchra deferatur ſepeliendus. Hoc eſt: *Vigilare in congerie mortuorum*: etenim S. paginæ familiare eſt vltimam primamq; curã verbo: *Vigilare*, exprimere. En tibi quid ſint hæc corpora, quæ tanta ſolicitudine farcinamus, exornamus, & ad publicum producimus cõſpectum, non enim cura erit inferior, qua ſtudebis, vt quam primum terræ recondantur, & à mortalium oculis putrefacta, abſcondantur. Hoc addiſce, quantò ſaginas illud delicatius, tantò grauiori hoc exponas corruptioni. Rex Ægypti ſuis ſtipatus Principibus, magna gloria faſtuoſus in omniũ oculis ſeipſum arrogantius efferebat, quia diues, quia fortis, quia formoſus. Conſpicit illum Deus, vocat ad ſe vatẽ Ezechielem, atque illi: fili hominis triſtes intona threnos, infelicem hunc, eiuſque Principes amarè deplora: *Fili hominis, cane carmen lugubre ſuper multitudinem Ægypti* &c. Quid illi dicam? *Quo pulchrior es? deſcende & dormi cum incircumciſis?* Sic legit D. Hier. per modum interrogationis, opinaturque Ezech.

*Iob. 11. 32.*

*Ezech. 32. 18.*

*In ca. 32. Ezech.*

Deum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deũ hoc ſignificare: Mortalium infauſtiſſime, num forſan tibi maior eſt venuſtas, & maieſtas quam cæteris monarchis Africæ Perſidis, Iberæque? In quo vel ob quid te credis illis eſſe ſuperiorem: *Quo pulchrior es tu?* An ignoras illos omnes in corruptionẽ, cineres, vermeſque eſſe conuerſos: Quid de te futurum tandem arbitraris? Vatablus ſcribit ſine ſigno interrogãtis: *Quo pulchrior es deſcende* &c q. d. Hoc tibi ſit, hominũ miſerrime, exploratum, quantò corpus illud obeſius excolis, componiſque feſtiuiùs, tantò ſit tibi conſiderandum attentius quòd paucis poſt hæc diebus de palatio tuo ſis efferendus, mortuus corruptus, vermium congeries, iiſque ſis, coniungendus, quos in cinerem putredo cõuertit. Hoc vobis ô Principes, ô viri primates acclamo, qui delicijs veſtris, pompiſque efferimini: *Qui pulchrior es deſcende* &c. Oculos in ſepulchra declina, hocque perpende quod, quanto viuis genialiùs, tantò corpus tuum putrefactum redolebit intolerabiliùs? O Domina luna formoſior: *Quo pulchrios es deſcende* &c. Quantò nunc videris venuſtior, tantò poſtmodùm apparebis eſſe deformior, palamque fiet, quid ſit illa facies, quam ſic expoliebas, quid illa corporis elegantia, quæ alterum in tantam rapiebat amentiam: &c. *Ecce defunctus* &c.

VI. Mortis cõſideratio ſuadetur optimatibus

§. II. Defunctus efferebatur. *Vt quid peſtiferum habebant Gentiles ibi mortuos ſepelire, vbi viuentes habitabant: nos autem cenſemus hoc ſalutiferum ſicut D. Iacobo fuit Anachorita.*

☞ 35 D*Efunctus efferebatur.* Adoleſcentem illum foras extra ciuitatẽ efferebant ſepeliẽdũ iuxta receptã à Iudæis conſuetudinẽ: nõ enim mortuos ſepeliebant in templo, vel Synagogis, vel locis publicis: ſed foris in campis, aut montibus, aut eorum vallibus. Edidit D. Theod. duos libros in defenſionem legis Euangelicæ, quatenus corrigeret, emendaret & deprimetur arrogantẽ Gentiliũ ſuperbiã qui legem aſpernabantur Euangelicam; quos inſcripſit: *De veritate fidei, ſeu de curandis Græcorũ affectionibus.* Libro autem nono, cui titulus eſt: *De legibus*, eminentiam probat Chriſtianæ religionis, & legis Euangelicæ: venit enim alias leges abolitura, ſicut virga Moyſi, colubros deuorauit, quos magi produxerant Ægypti. Congruenter diſputat de legibus, quas mundi nationes obſeruarunt circa corpora defunctorum, quas omnes religio Chriſtiana deleuit, & aliam inſtituit multò ſalubriorem. Idem proſequitur D. Hieron. *L. contra Iouin. ſa-tis longe à princip.*

Omnes illæ nationes in hoc conuenerunt, vt crederent expedire quod corpora defunctorum longiùs à viuentibus ſegregarentur: ex eorum namq; fœtore iudicabãt ac verebantur aerẽ fore corrumpendum luemque orituram contagioſã grauiores & multum implicitos ſe ſentiebãt mortuorum cadaueribus, neſcientes quid de illis agerent, ne damnum illis aliquod pœnamq; cauſarent; vnde diuerſa de his à varijs ſancita ſunt inſtituta. Maſſagetæ (inquit D. Theodoret.) ſeniores occidebant, & concidebant. Tiberini decrepitos, grauiterque iam infirmos ad montis ducebant ſupercilium, quos inde in præceps deijciebant ab animalibus deuorandos. Hircani & Caſpij moloſſos canes nutriebant qui defunctorum corpora laniarent. Perſæ illa ad loca abducebant ſolitaria, beſtijs auibuſque diſcerpenda. Sabæi, Nabuthæi, & Arabes ſtercorum habebant congeſtum, cui mortuos inuoluebant, vt in ſterquilinium conuerterentur, de quibus varij tractant Auctores: Sed hæc omnia comprehendit D. Hieronymus in his verbis: *Maſſagetæ, & Derbices, miſerrimos putant, qui ægritudine moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectam venerint, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, vt à ſe potius, quàm à vermibus comedantur. Tiberini quos dilexerunt ſenes ſuſpendunt in patibulis. Hircani volucribus & canibus ſemiuiuos proijciunt. Caſpij iiſdem beſtijs mortuos Schytæ eos qui à defunctis amati ſunt, viuos infodiunt cum oſſibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipſum nutritis obijciunt ſenes. Quod cum Alexandriæ Præfactus Nicanor emendare voluiſſet, pene amſit Prouinciam.* Heu quæ ſunt iſtæ ab omni ſic pietate, & humana ratione alienæ conſuetudines? Romani maiorem licet curam haberent mortuorum, numquam permiſerunt, vt cadauera in templis Deorum ſuorum conderentur, ſed nec in vrbibus; nam & illi iudicabant peſtem atque aeris corruptionem inde prouenturam, magis autem expedire, vt foras longiùs amandarentur, vnde hæc lex inter duodecim leges, tabularum, teſte Cicerone, vna ſcribebatur: *In vrbe ne ſepelito.*

I. Omnes nationes corpora foras extulerunt ſepelienda.

II. Varij modi ſepeliendi mortuos.

D. HIER. Strabo. Lib. 16. & alij apud Petr. Belloniũ l. 1. de ſepulc. c. 11. Tom. 2.

*L. 2. de leg.*

III. Cadauera habebantur immunda, & alios polluebant.

Celebris habita eſt illa Iuriſcõſulti Pauli ſententia, quam reſtituit Imperator Adrianus: *Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funeſtentur ſacra.* Mente reuolue verbum illud: *Funeſtentur*, quod ſignificat, inquinare, polluere, & rem aliquam immundam reddere. Sic de quibuſdam ait Cicero: *Humanis hoſtijs Deorum aras, & templa funeſtant.* *Orat. pro Fonteio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*neſtant*. Habebant autem defuncti corpus adeo infauſtum, immundum & abhominabile, vt crederent, quod non ſolum illud tangendo, ſed etiam ad illud accedendo, illudue contuendo, vel illi occurrendo, quiſpiam redderetur immundus, & adeo pollutus, vt à ſacrificijs repelleretur, quibus nec intereſſe poterat: Quocirca mortuos noctu ſepeliebant, vnde & actus illi dicebantur: *Funera* deducto nomine: *A funalibus*, quod faces ſignificat, quibus illos efferebant. Inſuper meminit D. Cyrill. morem hunc fuiſſe antiquiſſimum: centurijs enim annorum, ante Romanos quinimo ante Moyſen hunc legimus practicatum & inter Ægyptios ſtabilitum: qui corpus defuncti cenſebant adeo vile, infauſtum & immundum, vt illud tantum videndo, aut illi occurrendo, quiſquam cenſeretur immundus, vtque vt immundus, pollutus & incapax haberetur ſic nec vt ijs adeſſe poſſet ſacrificijs Deorum ſuorum, quæ munda dicebantur. *Mos apud Ægyptios inoleuerat, qui adhuc apud idolorum cultores ſeruatur, vt templa adeuntes vitent, ne cadaueri occurrant: ſummam enim impietatem eſſe aiunt, non modo ſponte illud attingere ſed vel in eius dumtaxat aſpectum incurrere*. His declarat D. Cyril. difficilia quædā verba Moyſi ad Pharaonem: Ingreditur ipſe cum fratre ſuo Aaron ad Regem eique ex Dei nomine hoc denuntiat, vt quàm primùm Dei populũ de Ægypto diſcedere indulgeat, quem captiuum detinebat, vt in deſerta procul abſcederet, Deo ſuo ſacrificaturus: *Deus Hebræorum vocauit nos: vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte accidat nobis peſtis aut gladius*.

L. 1. & 6. *de adorat. in ſpiritu.*

D. Cyri. Alex.

IV. Cur Moyſes voluit in deſerta diſcedere Deo ſacrificaturus.

*Exo. 5. 3.*

☞ 36 Vſus eſt Moyſes, vt Pharaoni demiſſionē populi perſuaderet, ratione deducta ex recepta apud eos veteri conſuetudine. Requirit (inquit) Hebræorum Deus à populo ſuo litari ſibi ſacrificia, ſicut & veſtri Dij varias à vobis hoſtias & oblationes efflagitant. Illas vobis licitum hic eſt tutumque dedicare, eò quòd veſtra hic habeatis exſtructa templa, locaque ſeparata, quæ dum ingredimini & in quibus dū eſtis, nec videtis, nec alicui poteſtis accurrere mortuo, eſtis proinde ad celebranda ſacrificia capaces. Illa Hebræi nō habent, vnde ſi hic ſacra Deo ſuo facerent, deberent illa in loci fieri communibus, vbi periculũ incurrerent videndi, vel ocurrendi defunctis, ſi per ea loca deferrentur, in quibus illi Deo ſuo ſacrificarent, Proinde nobis accidere poſſet, vt dū attentiores ſacrificijs occupamur, & veſtra ſententia, & ipſa & nos reddemur inhabiles ac immundi, ſi caſu fortuito illac mortui cadauer efferretur, vel ſi nos ad victimas tēdentes illi fortuitò occurremus. Hoc innuunt (ex mente D. Cyril.) illa verba: *Eamus in ſolitudinem & ſacrificemus* &c. *Ne forto accidat nobis peſtis, aut gladius*. Quod clariùs expreſſerunt Septuaginta: *Ne forte occurrat nobis mors, vel cædes*.

Hinc orta eſt diuina illa lex populo conſtituta Iudæorum, vt quicumque cadauer hominis contingeret, cenſeretur immundus, nec fas illi eſſet illo die alicui adſtare ſacrificio; quæ licet myſticis alijs non careat rationibus, quas SS. Patres exponunt, hæc tamē vna eſt, quòd Deus aliquo modo condeſcendere voluerit eorũ imperfectioni, peruerſiſque inclinationibus, quas in Ægypto contraxerant, idololatrarũ mores imbibētes Ægyptiorũ: maximi namq; negotij res erat, illos vnico acto cordibus eorũ eradicare. Proinde in lege ſua agit de mortuo velut de re immũda: & quantum ego conijcio, nulla inter alias legales immunditias, quàm hæc impurior habebatur, quod & lex ipſa confirmat, dicēdo: *Omnis qui tetigerit animæ humanæ morticinum* (id eſt defuncti cadauer) *immundus erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui ſiue os illius, vel ſepulchrũ immundus erit ſeptē diebus*. Habes hic ad oculũ, quàm immundũ ſit defūcti corpus, vt nedũ ille cēſeretur immũdus, qui tāgeret illud, ſed etiā qui ſepulchrũ in quo iacebat conditũ, attingeret: & nedũ adhuc vſq; ad veſperā, ſicut in alijs immunditijs, ſed ad ſeptē vſq; dies: vnde nullatenus Sacerdoti licitũ erat, peracturo ſacrificia, officio ſepulturæ intereſſe, ſicut poſtea dicēdũ. Et quāuis hæc immunditia (vt bene probat Abulenſ.) nullũ inuolueret peccatum; erat tamen quædā inhabilitas ac irregularitas, qua quis incapax reddebatur ad ingrediendum tabernaculũ, diuiniſque aſſiſtēdũ ſacrificijs quinimo tangendi ſancta. Quod ſi quidquam horũ faceret grauioris delicti reus habebatur. Eo modò quò nunc Iudex qui ſententiam mortis fert in homicidam, licet non peccet, efficitur tamen ad ſacros Ordines; quibus ad altare aſcenditur, irregularis; eſſetque non leue peccatum, illos ſuſcipere, manente hac inhabilitate.

V. Cur Deus immūda voluerit eſſe cadauera.

*Num. 19. 13. 16.*

*In ca. 19 Leui. q. 37*

Alias credo nationes, à Iudæis hanc hauſiſſe ceremoniam, ſicut & alias plures, vt aduertunt D. Clemen. Alexan. D. Baſil. D. Gregorius Nazianze. & alij, quorum doctrinam in Prologo noſtro ad Tract. Euange. expendimus: præſertim. Græci & Romani apud quos, vt diximus ex ſententia ſenioris Iuriſconſulti nefas erat in ciuitatibus mortuos ſepelire? *Ne funeſtarentur ſacra*. Quamuis autem apud eos, hoc ſtatutum

ſuum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuum habuerit augmentum, & defectum, conce-
deus aliquando illos in ciuitatibus tumulari,
velut Traianum, ac virgines Veſtales; & ilico
ad primum reuocatum ſit rigorem, vt illud A-
drianus Imperator renouauit, de quo ſ. Pineda &
Id c.3. Iob v.14. Pet. Bello. Verum cum Iudæi adeo tenaces eſſent
corporalium ſuarum ceremoniarum obſeruato-
De Sepulturis. res hoc modicus, & inuiolabiliter obſeruarunt,
præſertum cū illos lex diuina data per Moyſen
VI. obſtringeret: quocirca ſuos omnes defunctos fo-
Iudæi foras procul à ciuitate mortuos ſepeliebant. ras ad campos, montes, cauernas, ſeu hortos ef-
ferebant ſepeliendos, etiam vita ſanctiſſimos,
qualis cum eſſet Eliſeus, foras illum in deſerto
recondiderunt adeò procul, vt refugium hic lo-
cus eſſet latronum, vt patet. Deinde quamuis lo-
ſue dux eis præfuerit, atque in terram eos
promiſſionis induxerit, mortuum tamen foris
4. Reg. 13. in monte Ephraim tumularunt. Sic nobis et-
Ioſue 24. iam teſtantur Euangeliſtæ de S. Ioſeph ab Ari-
mathia, quòd ſibi ſepulchrum in horto ſuo præ-
parauerat, atque effoderat: quod illud ipſum fe-
liciſſimum fuit, in quo Dominus noſter Ieſus
Chriſtus ſepultus fuit. Hæc erat lex intemerata,
quocirca hunc efferebant. *Ecce defunctus efferebatur.*

VII. Verumtamen has omnes leges, vetereſque
Omnes has de mortuis leges auertit lex Euāgelii. mores euertit, aboleuit, & immutauit lex Euan-
gelica, Chriſtique Religio, ſicut ſerpens Moyſi
ſignorum operator: ſumma namque prudentia
procedens, & iuxta eius dictamen, nedum im-
munda non habet corpora defunctorum, aut
eorum contactum: quinimo digna cenſet mag-
na veneratione & reuerentia, quòdque contacta
viſuque ſuo nedum ſordidum non reddant cor-
pus, ſed ipſa media ſint, quibus animæ purifi-
centur: quocirca prudenter factum indicat, illa
non procul à ciuitatibus templiſque ſepelire, ſed
in illis ipſis circa nos vbi cõcurſus fidelium eſt
communior & frequentior: circa quæ Eccleſia
diuerſas inſtituit leges iuxta perſonarum quali-
tatem.

☞ 37 Data huius occaſione quaſdam volo propoſi-
VIII. tiones aſſerere non minoris momenti, ſit igi-
Cadauera mortuorū nobis sūt vtilia. tur hæc prima: Inter nos ſepelire mortuos, il-
loſque coram nobis ad oculum habere, non ex-
citat peſtem, non infirmitates, aërem non infi-
cit, non corrumpit, ſed noſtram purificat vitam,
& medium eſt animæ noſtræ ſaluti congruen-
tiſſimum: & vix alia reperies, quibus peccato-
rem ad vitam excitas, efficaciora, quam ſi oculis
eius ſimulachrum obijcias mortis, in quo vi-
deat: quis finis ſit mundanæ gloriæ, quis facul-
tatum, diuitiarum, pulchritudinis carniſque eum

deliciјs ſuis extremus terminus, in quem hæc
omnia reſoluantur: vt enim paulò ante declara-
uimus, eſt defunctus, mutus & elingvis prædica-
tor, qui te docet, & oſtendit in ſeipſo, puras, ſine
vlla fraude veritates; vnde hoc perpendebamus,
quod quamuis hi voluerint adoleſcentem hunc
mortuum foras à ſe longius amandare, eoque
animo foras extra ciuitatem efferrent: Lucas ta-
men Euangeliſta, vt experitiſſimus medicus, il-
lum oculis noſtris ſpectandum obijcit ne eos ab
illo nauſeabundi deflectamus, dicendo: *Ecce de-
functus.* Huic conſentit amicus ille Iob, de quo
ſæpiùs egimus: hic enim de peccatore locutus
concubinario, in vitijs ſuis irradicato, profundo-
que ſcelerum letargo obdormiſcente, cui nullum
prodeſt, quo excitetur ad meliora, remedium
hoc vltimum illi tandem ſuadet vt applicetur:
*Ipſe ad ſepulchra ducetur & in congerie mortuo-* Iob 21.34
*rum vigilabit.* Ad ſepulchra deſcendat, cumulum
ex oſſibus & putredine componat, oculis ſuis
ſpectaculum obijciat; hoc etenim ſomnum abi-
get oculos, & dormientem ad ſaniora prouoca-
bit.

Crebrò atque vtiliter in medium profertur IX.
admirabilis illa S. Iacobi Monachi Anachoritæ Exemplū
hiſtoria, quam litteris tradiderunt Metaphraſtes, de S. Ia-
& Lypoman. & hanc reor eſſe quam narrat D. cobo A-
Chryſoſtom. tacito licet nomine. Fuit hic vir nachori-
omnium virtutum exercitio, ſi quis alius, cele ta.
berrimus; à primis etenim vnguiculis vitam *Apud Sur.*
profeſſus eſt Anachoriticam, in deſerto habi- *28. Ianua.*
tans, perpetuus vigil in orationibus, ſeuerè dedi- *Tom. 1.*
tus pœnitentijs, D. Ioannis Baptiſtæ ſectator *Lib. de re-*
admirabilis. Hunc toto conamine proſequitur, *parat.*
tantoſq; in via virtutis facit progreſſus, vt crebra *Lapſi.*
per illum Deus ſigna operaretur. Iam annis
quadraginta hoc in virtutis ſtadio indefeſſus cu-
currerat: quando diabolus corpus cuiuſdam
puellæ ingreſſus poſſederat: parentum erat hæc
filia nobiliorum qui cum nullum in coniuratio-
nibus viriſque ſanctis, quibus oblata fuerat, re-
medium aut ſolamen inuenirent, hanc illi cu-
randam obtulerunt, cum ſupplices exorantes, vt
filiæ miſereretur. Miſertus eſt itaque eius, & o-
rationum ſuarum inſtantia dæmonem ab ea cõ-
peſcuit, manſitque illa à dæmone liberata. Vt au-
tem hoc parentes viderent prodigium, crucia-
tuum recordati, quibus illam diabolus affixerat
vt omnibus modis ſalutem eius certam tutam-
que redderent, virum Dei rogauerunt, vt eam
biduo vel triduo apud ſe pati dignaretur, & il-
lam in pijs exercitijs inſtrueret: itaque filiam di-
mittentes abierunt, ætati, moribuſque tanti vi-

ri nihil omnino diffidentes.

En tibi terribilis in conſilijs ſuis Deus: en tibi tentationem Satanæ vires potentiſſimæ: confeſtim enim in pectore eius ignis cœpit inhoneſtæ exardeſcere concupiſcentiæ, tantumque ſumpſit inimici huius peruerſi flatibus incrementum, vt ipſa nocte de facto virgini vim intulerit impudicus. Non hoc diabolo ſatis: ilico cœpit in mente eius tantum exaggerare facinus, magnumque repræſentare diſcrimē, cui ſtatim exponeretur, quàm primū parentes adeſſēt eam abducturi, conſultius autem fore ſuadet, ſi violatam iam occideret, & in præterfluentem deijceret, ipſe verò eò fugeret, vbi numquā amplius ab hominibus videretur abſconditus. Hæc etenim ea dæmonis aſtutia, quam altas expendimus: incitans enim ad peccatum ſub ſpe conſequendi à Dei miſericordia criminis indulgentiam, quando iam commiſſum eſt, tantam eius oſtendit fœdam grauitatem, grauemq; fœditatem, vt ad laqueum excitet deſperationis, vel alia ſuperaddendi peiora prioribus, vt factū eſſe in Iuda proditore cognoſcimus: Comprehendit igitur Monachus puellam, violatam occidit, occiſam in præterlabentem mergit fluuium: ille verò omni ſalutis abiecta ſpe abijt quocumque eum pedes ferebant in incertum. Attende, quantum tuæ debeas fidere virtuti, uirique fortitudine. Sanctitas, vitaque quadraginta annorum cœleſtis virtutis, tot probata ſignis, tot exercitijs ſtirradicata, ab ipſis incunabulis confirmata, modicis adeo valet viribus, vt oppugnata ſuccumbat. Quid arbitraris te fore conſtantem qui tanta cum hac illaque verſaris libertate: temeratius omnino ignorans quid ieiunium, quidue pœnitentia?

Multas poſtquam percurrerat anxius vaguſque regiones, prope deſperabundus Monacho occurrit, viro vt prudētia, ita ſanctitate prædito, cui ſuam aperuit infirmitatem, ſuumque detexit vulnus. Ille verò peccatorem ad ſcelerum hortatur perfectam exomologeſim, ac pœnitentiam, animum addit & de diuina miſericordia ſuadet fiduciam: Itaque peccatis per confeſſionem expiatis grauem dolens Monachus & inauditam propoſuit ſubire pœnitentiam. Quænā hæc? Huc illucque diuagatus antrum offendit, illud ingreditur, plenum reperit oſſibus aridis, cranijs, mortuorumque cadaueribus. Hoc eſt, ita hoc eſt inquit habitaculum meum ſaluti meæ perquam conueniens: Cuncta igitur defunctorum cadauera colligit, & in vnam componit congeriem: hic ſe facie ad faciem opponit, illa irreuerberato conſpiciens oculorum obtutu. In hoc perpendebat hominem illum fuiſſe diuitijs affluentē ac potentia nobilem, delitijs enutritū, à famulis circumſtipatū, & ex omnibus quibus ad luxum potitus eſt, nihil illi præter id, quod videbatur ſupereſſe, animam autem eius rigoroſo iudicij diuini ſubditam examini. In altero conſiderabat, quòd libidini ſuæ, ac voluptatibus ex animi ſententia vacaſſet Epicurus, omnia verò hæc tanti ſolūmodo eſſe, quanti in his quæ ſupererant, licebat videre oſſa ſc. colliſa, confracta, imo putrefacta. In illa ruminabat notabatq; Dominam, quæ gratiſſima fuerat omnibus elegantia, quòdque tota eius formæ venuſtas deſineret, atque in adeo triſtes euaneſceret reliquias, ad anguſtias reducta tales, quales coram Deo ſuæ illi poterant cauſare veſaniæ.

O quid non in illo conſpectus hic operatus eſt? O quanti refert, ſeipsū cum mortuis cōcludere, illos tangere, illos videre, illos olfacere, Quatuordecim annis in hoc perſtitit habitaculo, tantā ſibi comparans animæ ſalutem, tantas recuperans vires, quibus perdita reſtauraret in integrum: vt dum in illa regione tanta aquarum eſſet penuria, terræque ſiccitas, vt arbores omnes arvaque exareſcerent, tantique graſſarentur morbi, vt paſſim omnes mortui corruerent pro eorum curatione ſupplicationes, & orationes publicæ celebrarentur. Dñs autem vrbis illius Antiſtiti reuelauit, vt ad talē ſpeluncam accederent, & à viro quem ibi reperirent, ſupplices rogarent, quatenus pro illis ſupplex ad Deum intercederet, certi, quòd illo deprecante ab infirmitatibus alijſque malis curarentur. Illò igitur acceſſerunt, Dei virum inueniunt, manus illi tendunt humiles, precumque poſcunt ſuffragia: nec aliud ab eius ore potuerunt verbum elicere, præterquam ſeueriores ictus, quibus ſibi pectus tundebat, triſteſq; gemitus inter hæc verba: *Propitius eſto Chriſte multis impietatibus meis*: quibus auditis Antiſtes ceterique domum reuertuntur. Cum autē terræ ſterilitas, calamitaſque populū inceſſanter opprimeret, cœlū verſus duplicatas, mittūt orationes, ac iteratas inſtituunt ſupplicationes. Iterum Deus idque apertius idem reuelat: cum enim Epiſcopus cum Clero totoque populo feruentioribus incumberet orationibus, audiunt omnes de cœlo vocem clarè reſonantem. Ite ad ſeruum meum Iacobum, quem antea conueniſtis, eumque importunis mouete precibus, vt à me veſtrum deprecetur remedium, & confeſtim vobis elargiar, eroque terræ propitius. Redeunt ad ſpeluncam omnes, tantiſque virum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dei precibus exorant, vt multiplici eorum rogatu adactus, oculis in cœlum eleuatis orauerit: Domine Deus per tuam piiſſimam miſericordiam: populo huic terræque eſto propitius. Ilico cœlum nubibus obſcuratur, imberque deſuper ruit copioſus, quo terræ fruges reparantur, fami promdetur, perque totam illam Prouinciam ſalus effunditur vniuerſalis, cunctiſque gratiſſima. Ab illo quoque tempore dignatus eſt Dominus eius meritis tot tantaque operari prodigia, vt totum mundum in ſui raperet admirationem. Factum hoc expendit D. Chryſoſt. quo veræ pœnitentiæ præclaram confirmet virtutem: quantaque ſit erga peccatores Dei miſericordia, qui ex corde conteruntur, & ad eum animo ſyncero conuertuntur. Hoc quoque contemplor ego, quantum profuerint eius ſaluti corpora defunctorum, inter illa verſari, illa tangere, illa intueri, illa circumagitare, nec non quanti ſaluti tuæ referret, ſi tantumdem tu quoque faceres: *Ipſe in congerie mortuorum vigilabit.* De quibus aliàs.

## §. 12. Ecce defunctus efferebatur. *Non malis auibus mortuorum cadauera proijciantur: quibus honeſtam debemus ſepulturam impertiri.*

☞ 38 SEcunda propoſitio: non contemnenda, non auibus diſcerpenda corpora ſunt proijcienda defunctorum non ſolum gratiâ eius vtilitatis, quam prædiximus nos ex illis haurire, ſed eius gratiâ, quod ipſi debemus defunctis. Hanc propoſitionem vt certam aſſeruit D. Aug. *Non ſunt ſpernenda defunctorum corpora*: cuius hanc adfert rationem corpus eſt intrinſeca pars hominis, quæ pluris illi valet ad ſui eſſentiam, quã omnia bona exteriora: quocirca quod ſi magnifaciendus eſt homo, non debet eius corpus vilipendi: Tria ſunt bonorum genera ad hominẽ ſpectantia: anima, corpus, & bona exteriora: hæc illi omnia intrinſecè conueniunt. Verum quidẽ eſt, quòd inter hæc vltima ordo quidam ſit: quædam etenim ſunt illi præ alijs magis propria: quia illi ſunt coniunctiora. Nemo dubitat, quin filius de patris ſubſtantia genitus, illi ſit magis proprius quã quilibet alius de parentibus ac minus propinquis, quamuis ille illiq; ſint ei extrinſeci. Inter cetera bona hominis exteriora, quædam ſunt illi viciniora, ſicut veſtimentũ, quo induitur, certum eſt quod illi ſit magis propinquũ quàm domus in qua moratur, & hæc illi vicinior quàm campi & arua quæ poſſidet.

D. Aug. Lib. 1. de ciu. c. 12. & 13. & l. de cura pro mort. c. 3. Tom. 3

I. Corpus pars intrinſeca hominis eſt honorandum.

Porrò quantumuis hæc omnia ſint homini conuenientia, illiſque proxima, nullum tamen illorum, nec omnia ſimul ſic ſunt illi propinqua vt corpus. Ex quibus infertur: quantumuis vnus dicatur alterius procurator, eo quod rebus illius augendis proſpiciat: Verius tamen magiſque propriè illius dicetur eſſe procurator, qui bonis illius ad animam vel corpus ſpectantibus ſingularem grauemque adhibet curam, beneque conſulit. Sicut è contrario grauiorem illi dicendus eſt intuliſſe calumniam, qui vel animæ, vel corpori damnum irrogat quàm ille qui cæteris tantum bonis detrahit exterioribus. Ideircò diabolus dum primam intendit Iob perſecutionem, proceſſit, quaſi paulatim ac gradatim aſcendendo. Primò namque permittit illi Deus, datque licentiam fortunæ bona auferendi, quæ ceteris ſunt magis extrinſeca, etenim nullo modo ad perſonam pertinent Iob, nec illam quidem attingunt: *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſũt, tantum in eum ne extendas manum.* Quinimo, vt hæc illi bona diriperet, ordinem ſeruauit: nam primo pecora prædatus eſt maiora, & minora, camelos abſtulit, quos habebat, deinde domum eius funditus euertit, tandem filios ruinâ domus interemit: erant etenim hi perſonæ Iob reliquis propinquiores. Ceterum ſibi perſuaſit diabolus quod nec ſic negotium abſolui ſſet, quod Iob inferre moliebatur: quandoquidẽ in his illum tantummodo tetigiſſet quæ ad illius non ſpectabãt, tangebantque perſonam. Quocirca à Deo licentiam poſtulat, *Mitte manum tuã, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.* Nam corpus ex ijs eſt quæ ad perſonam ſpectant, velut pars eius intrinſeca: ille, qui titulo parentelæ vel amicitiæ magnæ alicui vinculo obſtringitur obligationis: non leuem corporis ipſius habet ſolicitudinem.

II. Diabolus in diruẽdis bonis Iob ordinẽ ſeruauit.

Iob 1. 12.

Iob 2. 5

Ex his capio rationem, cur dum alicui funeris exequiæ ſoluuntur, filij, parentes, ſeu amici tam intensè procurent, vt hæc magna cum pompa, faſtu, & honore peragantur. D. quoque Auguſtinus magis expreſſe declarauit rationem cur hæc funeralia tanto ſplendoris apparatu defunctis exhibeantur. In pretio habes veſtem, quæ quondam amici tui fuit, vel annulum fratris tui vel parentis tui prototypon. Et Naboth vitam exponit & ſanguinem, ne vineam quis attingat, quam tanti faciebat, eo quod parentum fuiſſet ſuorum ſola poſſeſſio: quãtò pluris facienda ſunt atque æſtimanda corpora quæ pars eorum fuerunt, tantò maioris æſtimationis ac pretij, quantò ſalus vitaque præponderat,

III. Cur cadauera tanto honore efferantur.

Loc. cit.

ratione

ratione cuius homo quælibet exponit eripienda: *Pellem pro pelle &c. Si paterna veſtis, & annulus* (loquitur D. Auguſtinus) *ac ſi quid huiuſmodi tantò charius eſt poſteris quantò erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ſpernenda ſunt corpora quæ vtique multò familiarius, atque coniunctiùs, quam qualibet indumenta geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum, nec adiutorium, quod adhibetur extrinſecùs, ſed ad ipſam naturam hominis pertinent.*

D. AVGV. Tom. 5.

Quocirca vt impia reiecta fuit illa Barbarorum conſuetudo, qui mortuorum corpora beſtijs edenda proijciebant, vel in ſterquilinium vt in illud conuerterentur, quaſi bruta fuiſſent & iumenta irrationabilia. Ex his originem ſumpſit illa nationum omnium diligentia, qua ſe rationis eſſe compotes oſtendebant, defunctorum corpora tumulo contegendi decentiori. Quorum in mundo memoria ſuperniuit. Paſſim omnibus obuium eſt Reginæ Semiramidis mauſolæum, quæ tantam adhibuit manum poſt diluuium in fundatione primæ Monarchiæ ſcilicet Babyloniæ. Iam à temporibus Lot, qui pluribus annis Moyſen præceſſit, mos Principibus, Regibuſque inoleuerat ſepulchra erigendi elaborata, precioſa in locis particularibus in montibus, vel in eorum vallibus, vel ſpeluncis, vel campis: hoc etenim indicat quando perpenſis attentè huius vitæ miſerijs, ſe deſiderio deſiderare oſtendebat iam ex tunc eſſe ſe tumulatum: *Cum Regibus & Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.*

Iob 3. 14.

Vocat ſolitudines ſepulchra: primò: quia parentes, amici & propinqui defunctum ſolum deſerunt, vt notat D. Aug. ſecundò: quia ſepulchra in ſolitudinibus erant extructa, in montibus ac deſertis quæ ſæpe ab ipſis ſepulchris nomen ſortiebantur, vt canit Poëta Virgil.

Ser. 48 ad fratres in Ere.

IV. Cur ſepulchra dicantur ſolitudines.

——— *fuit ingens monte ſub alto*
*Regis* Teucrini *terreno ex aggere buſtum.*

VIRGIL. Lib. 11. Æneid.

Hoc, canente altero Poëta Lucano, Regibus ac Principibus erat in more poſitum.

*Et Regum cineres extructo monte quieſcunt.*

His in locis ſibi ſepulchra conſtruebant inſigni ordine columnarum, pyramidum, arcuum, ac fornicum. Inter ſeptem mundi mirabilia annumeratur mauſolæum quod viro ſuo ſtatuit Artemia Regina Cariæ, ex quo nomen ſibi ſepulchra ſumpſerunt, vt mauſolæa dicerentur.

Erant admodum celebres Pyramides Ægypti, quibus communiter non minus quàm talentum extruendis impendebatur, vt ait Diodorus Siculus. Apud Æthiopes, teſtantur Herodotus & Diodorus viros dignitate, opibuſque primarios ex auro, vulgares autē ac plebeos ex argento ſepulchra conſtruxiſſe. Apud Græcos celebria viſebantur ſepulchra, atque inter illa caput attollit mauſolæum Alexandri Magni primi Græcorum Monarchæ, quod chariſſimus illi Dux Hephœſtion pluribus talentis extructum dedicauit. Teſtantur nobis frequentiſſimæ hiſtoriæ Romanorum ſepulchrorum magnificentiam, quam confirmant obeliſcorum ac coloſſorum tum precioſitas, tum excellentia, qui Romæ ad hunc vſque diem ſpectatu digniſſimi demonſtrantur. Fiebant autem hæc tanto ſumptuum exceſſu, vt neceſſe fuerit expenſis illis certam præſcribere quantitatem, prout relatum in legibus Duodecim tabulatum, teſte Cicerone, ſcribitur: vnde & dicit: *Noſtræ quidem legis interpretes intelligunt in primis ſepulchrorum magnificentiam eſſe minuendam.*

Lib. 2. c. 3. Lib. 3. Lib. 2. c. 3.

V. Quam ſūptuoſa fuerint illa ſepulchra.

Propter illa ſepulchra, quæ tunc temporis ædificabantur, ait Iob de Regibus, Principibus, ac Conſulibus: *Ædificant ſibi ſolitudines.* Perpende nomen *Sibi*: licet enim fidei luce carerent, ex hoc tamen naturali luce quinimo oculorum ſuorum conſpectu cognoſcebant, defunctum ſolum in ſepulchro remanere, & cuique mortalium licitum eſſe cum Iob effari: *Solum mihi ſupereſt ſepulchrum.* Regna, dignitates, palatia, diuitias, redditus, omnia hæc mortuus his & illis elargitur, vt narrat S. eloquium de Alexandro Magno, & pſallit Dauid: *Relinquent alienis diuitias ſuas. Alienos* appellat, omne quod ipſe non eſt: quia nec ſibi quidquam deferet ille qui bona ſua filijs ſuis relinquit, ſicut nec ille qui illa deſerit alienis: ipſis vero ſolum ſupereſt ſepulchrum, idcirco illud tanto ſtudio, tantiſque expenſis ædificabant: *Ædificant ſibi ſolitudines.* Hæc ingentem Chriſtianis ingerunt confuſionem.

VI. Nihil poſt mortē ſupereſt niſi ſepulchrum.

Iob 17. 5.

Pſ. 48. 12.

Illis ſolummodo comperta erat neceſſitas, quæ corpora ſua maneret, quodque nihil illis eorum quidquam quæ hic ſunt eſſet profuturum; vt autem illa infauſtis non proijcerent carpenda beſtijs, precioſa atque illuſtria illis ſepulchra præparabant. Quid facturos eſſe credimus, ſi illas nouiſſent anguſtias, ad quas tunc temporis ſe lugeret anima deuolutam, ſeuero Dei tribunali propoſitam cui nihil poſſet prodeſſe terrenorum, niſi tantum eleemoſynæ, ſanctaque opera, quæ vel ipſa, in hac vita feciſſet, vel alij ad eius eſſent facturi ſubleuamen? Quantò diligentiori ſtudio conarentur illa diſponere ad perpetuam animæ quietem, quàm ad ſepulchri ſplendorem 39

dorem in honorem quietemque corporis? Hoc igitur ſtudio tenebantur mortales, dum adhuc viuerent corporibus ſuis honorifica conſtruendi ſepulchra, quinimo & ipſi ſuperſtites non minori laborabant diligentia, hoc honore defunctorum corpora cumulare, quem Poëtarum Coryphæus ſupremum appellat: *Supremus honor.* Vel quia vltimus hic eſt, quem amico, vel parenti potes præſtare, ſepulchro illos recondens honorifico, vel quia hinc ſupremam adhibebant diligentiam qua non poterant maiorem quibus chara fuerat amicorum vita: tunc etenim amoris præferebant indicia: quandoquidem ex illis quæ faciebant nullum ſibi à defuncto compenſationis ſperarent emolumentum.

VIRGIL. Lib. 11. Æneid.

VII. Sepulchri honor cur dicatur vltimus.

Hinc tot tamque varij curandi corpora modi prodierunt: illa namque Balſamo inungebant, floribus & odoribus implebant, cum illis copioſas tumulabant diuitias: vnde Iob dixit; quòd illi, qui per terræ venas diuitias inueſtigabant, ſummopere lætarentur, ſi quando ſepulchrum offenderent: *Effodientes theſaurum gaudent vehementer, cum inuenerint ſepulchrum.* Quidquid nouerant conſeruandis prodeſſe corporibus diligenter expendebant. Hinc illa Romanorum firmata conſuetudo, qua corpora cremabant defunctorum, quorum cineres colligebant, & in vrnis vaſiſque repoſitos pretioſis ſepulchris inferebant. Facti huius plures aſſignant auctores rationes, quarum prima ea fit, quod efficaciter contenderint præuenire corruptionem corporibus aſſeclam: nihil autem virtute pollet purificandi potentiore quàm ignis: idcirco namque Reſpublica Chriſtiana pro more habet duo genera ſordidorum hominum comburere, qui Rempublicam inficiunt: vnum in corpore, ſunt autem hi beſtiales Sodomitæ, peccati contra naturam rei; aliud in anima, ſunt autem hæretici. Congruenter tradunturhi & illi ignibus exurendi, quatenus terra ab eorum immunditia, peſteque contagioſa purificetur. Secunda verò eorum erat, qui opinionem ſectabantur philoſophi Hieraclyti: cum enim crederent ignem primum eſſe rerum principium quæ fiebant, hoc ita decernebant, vt in eum reuerterentur. Tertia fuit, quo monſtraretur animam iam ad ſuperna cõſcendiſſe. Velut cœci tentabant, quibus fidei oculi caligabant, nec quidquam certi de ſtatu animarum eorum qui moriuntur diffiniuè ſtatuebant: quod ita neſcioquid dicerent, confusè docebant quod defunctus ad ſidera raptus eſſet, vbi Deos ſuos eſſe autumabant, ex quibus ortæ ſunt illæ ſtoliditates quibus finxerunt: quòd huius anima in ſtellam eſſet conuerſa, & alterius in alteram, vt autem hoc ſignificarent, corpora cremabant, per hoc declarantes, quod per flammam illam, velut quoddam vehiculum anima ad cœleſtia veheretur. Forſitan audierant, quod S. pagina de Angelis ſcribit, qui per flammam aſcendentem de ſacrificio Gedeonis, & Manue in cœlum aſcenderant; & de Elia quod curru igneo ſublatus fuerat in paradiſum. His appoſitè communiter ſepulchris apponebant pyramides, illiſque mortuos includebant vt canit Poëta Lucanus *Pyramides claudant*: quæ ſic vocantur, eo quod in altum aſſurgant per modum flammæ: πῦρ Græcè latinè ignem ſignificat. Cæterũ alias alij rationes proferunt: & dicunt, quòd hoc ita decreuerint, ad conſeruationem & perpetuitatem corporum: nam cum poſtmodum elapſis multis præliorum annis inuenerint, quod deſtructis ſepulchris cadauera mortuorũ detecta exponebantur, quibus non leuis poſſet adſcribi ignominia: iudicarunt congruum fore medium illa ab hac iniuria vendicandi, eaque tradendi æternæ conſeruationi, vt in minutiſſimos cineres redigerentur. Hoc faciebant cum illa iam pretioſis vnguentis, odoribuſque inunxiſſent: omnia ad ſecuriorem eorumdem conſeruationem. Perſæ mortem hunc (vt credimus Herodoto) execrati fuerant: eo quod crederent ignem beſtiam eſſe inſatiabilem: & ſi rationi non eſſet congruum, vt defunctorum corpora beſtijs traderentur deuoranda, minus adhuc expediret illa tradere igni qui beſtia eſt, quâ nulla inſatiabilior: *Nunquam enim dicit: ſufficit.* Quare & balſamis, vnguentis, aromatibus, floribus odoriferis alijſque ad hoc compoſitis condiebant, eorum per hoc longæuæ ſtudentes incorruptioni: de quibus fuſiores modò eſſe non poſſumus.

Iob 3. 21.

VIII. Cur Romani corpora concremarent.

Iudic. 6. 21.

4. Reg. 2. 11.

Ex hoc principio probat D. Auguſt. ſedulam curam, qua tenentur inuigilare Chriſtiani ne defunctorum corpora beſtijs auibuſque exponantur in epul a: *Non ſunt ſpernenda defunctorum corpora, maximeq́; iuſtorum ac fidelium.* Primò: quia templa ſunt Spiritus Sanct. in quibus locutus eſt, quibuſque vſus eſt, vt per ea præclara, multa atque heroica patraret virtutum opera, æterna retributione digniſſima. His tanquam organis & vaſis ad omnia opera Sanct. vſus eſt Spiritus. Hanc ſignauit Apoſtolus rationem, quia nos hortetur, vt corpora noſtra ſeruemus ab omni libidine, luxuria, carniſque vitijs illibata, quod duabus confirmat rationibus: Prima: ſunt enim membra Chriſti, & de corpore 40

IX. Cur corpora Chriſtianorum honorificè debeãt ſepeliri. Rat o prima.

1. Cor. 6. Chriſti: *Neſcitis: quia corpora veſtra membra ſunt*
15. *Chriſti* ? Secunda : ſunt etiam templa Spiritus
1. Cor. 6. Sanct. *An neſcitis, quoniam membra veſtra templa*
19. *ſunt Spiritus Sanct. qui in vobis eſt, quem habetis*
*à Deo, & non eſtis veſtri: Empti enim eſtis pretio*
*magno. glorificate & portate Deum in corpore ve-*
*ſtro.* Habes hic quanti te oporteat facere cor-
pora defunctorum. Primò ; illa conſideres vt
In c. 6. 1. corpora Chriſti: vt enim aduertit D. Tho. nedũ
ad Cor. animas noſtras pretioſo ſanguinis ſui redemit
lect. 3. litro, ſed etiam corpora : nobiſque meruit non
tantum renouationem vitamque per gratiam,
animarum, ſed etiam corporum, quæ in reſur-
rectione mortuorum generali; ad mundi termi-
num mandabitur executioni, quando ſpes illa
Philip. 3. res erit, de qua Paulus : *Saluatorem expectamus*
20. *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui reformabit*
*corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori cla-*
*ritatis ſuæ &c.*

Itaque ſicut Adam per peccatum nobis mor-
tem acquiſiuit nedum animarum æternam, ſed
etiam corporum, ita per Chriſtum habemus, &
habebimus, nedum animarum vitam per gra-
tiam & gloram, ſed inſuper per ipſum, eam cor-
pus aſſequetur æuiternam: tunc autem dicetur
Chriſtus perfectè eſſe glorificatus : quia nedum
in propria ſua perſona, anima & corpore, ſed in
nobis ipſis, noſtriſque corporibus, qui velut inter
eius membra numeramur. Nunc in ſeipſo glo-
rificatus eſt; quia caput eſt corporis myſtici; ve-
rum & in membris ſuis myſticis pariter glo-
rificandus eſt : ita vt hæc noſtra corpora, velut
membra ex quibus corpus hoc Chriſti myſticũ
componitur, vitâ donanda ſint glorioſa. Et hæc
ea ratio eſt quam adiungit Apoſtolus: *Non eſtis*
*veſtri, empti enim eſtis*: ex qua hanc infert con-
cluſionem: *Glorificate & portate Deum in corpore*
*veſtro.*

Ratio Secundam profero rationem ex eodem D.
ſecunda. Aug. quia dicuntur corpora noſtra membra, &
X. organa eſſe, per quæ Chriſtus operatur: ipſe ete-
Corpora nim eſt, qui in nobis per gratiam, velut cauſa
noſtra principalis agit, quidquid agimus: nobiſque hoc
organa licet Iſaiæ vatis vſurpare: *Omnia opera noſtra ope-*
ſunt Spi- *ratus es in nobis Domine.* Si à D. Paulo quæſieris,
ritus S. quis per eius linguam loquatur ? reſpondebit:
Iſai. 26. Chriſtus: *In me loquitur Chriſtus.* Quis per eius
12. oculos videat quis attendat ad animarum ſalu-
2. Cor. 13. tem? Reſpondet Chriſtus : Quis operatur prodi-
3. gia illa curandi languidos, illuminandi cæcos,
reſuſcitandi mortuos? Reſpondet : Chriſtus: *Per*
*me efficit Chriſtus.* Si Paulum videris plus cæ-
teris laborare, eumque interrogaueris : quis pri-
mum horum omnium eſt principium ? dicet:
gratia Chriſti : *Abundantius illis omnibus labora-* 1. Cor. 15.
*ui; non ego, ſed gratia Dei mecum.* Tandem ſi ſci- 10.
re deſideres, qui eum ad bonum excitet, vitam-
que tribuat dicet: *Viuo ego, iam non ego, viuit vere* Gal. 2. 20
*in me Chriſtus.* Itaque ſicut multoties peruerſa
in nobis operatur natura, quam ex terreno pri-
mo parente contraximus, vt dicere licuerit D.
Paulo: *Iam non ego operor illud, ſed quod habitat* Rom. 7. 17
*in me peccatum*: ſic etiam aliàs ſæpe, qui in nobis
operatur, Chriſtus eſt, & ſemper vera eſt illa
D. Aug. ſententia: *Multa opera bona facit Deus in* D. AVGVS.
*homine, quæ non facit homo: nulla tamẽ bona opera*
*facit homo, quæ non faciat Deus.* Huius proſecu-
tionem atque explicationem Theologis relin-
quamus excutiendam : profundam enim com-
plectitur doctrinã: nam ſemper in hoc ſaluanda
eſt tuendaque noſtri libertas arbitrij, ſolum ad
hoc valeat vt intelligas rationem, cur corporis
noſtri mẽbra, dicantur eſſe Chriſti: quia ipſe eſt,
qui per ea operatur. Tu ſacerdos qui conſecras,
Chriſtum eſſe noueris qui tecum per linguam
tuam operatur, & quando laboras, ipſe eſt qui
tecum per manus tuas laborat; & quando lar-
giris tu eleemoſynam vt decet, ipſe eſt, qui per
brachium tuum tecum operatur, & quando Xe-
nodochium frequentas ægrotos ſolaturus, ipſe
eſt qui per pedes tuos tecum operatur.

Hæc autem eadem eſt ratio, ob quã D. Augu. 41
aſſerit membra noſtra ac corpora dici poſſe
templa Spiritus S. ipſe etenim eſt qui cum eis
opera ſancta ac meritoria operatur per membra
ipſa eorumque partes. Perpende, monet Apoſto-
lus, quâ reuerentiâ ſint illa tibi colenda. Iam
noſti, inquit, nihil à Deo puniri ſeueriùs, quàm
templi ſui violationem: *Si quis templum Dei vio-* 1. Cor. 3.
*lauerit, diſperdet illum Deus*: Quam um noui, hoc 17.
tangit; quod toties in SS. litteris repetitur: cum XI.
enim Dominus plurima ſcelera, grauiſſimoſque Violato-
pertuliſſet peccatores: quando eò audaciæ pro- res tem-
ruperunt, vt templum ſuũ violare contenderent: plorum
iam illi patientia deeſſe videbatur (ſi fari ſic li- Deus ſe-
cet) illoſque perdidit vt Regem Baltaſſar: cum uerè pu-
enim ſacra templi vaſa pollueret, & indignè tra- nit.
ctaret, illum horrenda cæde ſubuertit, cum ta-
men millenis alijs præcedentibus peccatis con-
niuiſſet, Similiter cum patienter toleraſſet hor-
renda Regis Antiochi ſcelera, qui ſeptem Fratres
Machabæos vna cum matre extremo diro ue
affecit ſupplicio: quando ad tantam delapſus eſt
impietatem, vt ſacrilegas templo manus inijce-
re conaretur: *Tentauit expoliare templũ*: in illum 2. Mach. 9
tã ſeuero animaduertit cruciatu vt conſũptus à 2.
vermibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vermibus funeſta morte perierit. Patentius hoc ipſũ cernimus in peruerſo illo Duce Alcimo, cuius cũ Deus puniendas toleraſſet iniquitates, iamque Dei templũ violare concepiſſet, hanc temerariam eius Deus præſumptionẽ tremendo

1. Mach. 9. 54.

præuenit ſupplicio: *Præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris, & deſtrui opera Prophetarum, & cœpit deſtruere. In illo tempore percuſſus eſt Alcimus & impedita ſunt opera illius, & occluſũ eſt os eius & diſſolutus eſt paralyſi, nec vltra potuit loqui verbũ, nec mandare de domo ſua.*

Hoc ſpectare videtur Apoſtolus. Attendite, corpora fidelium eſſe templa Spiritus S. cauete, ne illa immunditijs polluatis: etenim vos Deus, vt templi ſui violatores ſeuerè caſtigabit. Ea de cauſa tantopere laborabat, vt ſeſe Deo ſanctos

Rom. 12. 1.

mundoſque conſeruarent: *Obſecro vos, fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem &c.* Ex illo principio vim habet ratio D. Aug. quare defunctorum corpora magni faciamus, & honoremus: certo etenim certius eſt Deum grauiter moleſtèque laturum, ſi illa ſacrilegè, & inurbanè habeamus Apud omnes mundi nationes, rationis ac iudicij capaces vt impium & abominandum fuit contemnere, vel vilipendere corpora defunctorum, eorumque ſepulchra violare: dicebantque Deos inferni, quos defunctorum Deos appellabant, illa ſibi protegenda ſuſcepiſſe: quare iniurias mortuorum corporibus, vel ſepulchris inflictas, illi vt proprias æſtimabant.

XII. Dij defũctorum cuſtodes ſunt ſepulchorũ.

In c. 34. li. 7. de ciuit. Lib. 3. Annal. Valent. cap. 35.

Lib. 7. de ciuit. c. 34.

Hinc ortam credimus conſuetudinem, cur in ſarcophago ſeu lapide ſepulchrali, cui nomina defunctorum inſculpebant, & auctorum quoque in frontiſpicio has tres inſcriberent litteras D. M. S. q. d. *Dijs manibus ſacrum.* Erant etenim hi defunctorum, vel tartari Dij de quibus commentator D. Auguſtin. Viuez: ſic multa ſatis adhuc in Hiſpania paſſim videntur ſepulchra, & quædam refert M. Diago. q. d. Hoc ſepulchrum Dijs defunctorum conſecratum protectoribus: talis, vel talis, hic vel illud dedicauit &c. idem eſt ac ſi diceretur, ſepulchrum hoc ſub cura latet & protectione Deorum Defunctorum. Per hoc (vt D. Auguſtin. habet) tam inuiolabilis extitit reuerentia ſepulchrorum: vt nullus locus eſſet illis ſecurior. Ad quod appoſitè refert ex Varrone auctore celeberrimo, quod cum Numa Pompilius quoſdam de cultu Deorum conſcripſiſſet libros, illoſque deſideraret intactos & illæſos, locum non inuenit ſuo ſepulchro tutiorem, vnde præcepit illos in eodem ſecum recondi mauſoleo.

42.

XIII. Deus defunctos ſuos honorat ſignis.

Meliori ſanè iure nobis curandum eſt vt fidelium defunctorum corpora, ſanctorum ac iuſtorum, qui hinc in gratia diſcedunt, ſub Dei condantur protectione ille namque ea vt ſua templa reueretur: vnde vt illa digno honore proſequamur, & pluris æſtimemus, ipſe eadem ſtudet honore cumulare non vulgari, ad ſanctorũ rum ſepulchra, in quibus eorum oſſa reconduntur ſigna multa operaque patrando prodigioſa, quibus hiſtoriæ ſcatent admirandis: & hic non infimus eſt honoris gradus, quo Deus electos ſibi famulos proſequitur, vt eorũ corpora ac cineres ab omnibus honorificentur, vtque coram illis in genua procumbant, & pectore in terram decliui Reges ipſi ac Imperatores ea venerentur, de quibus eleganter D. Chryſoſt. differentiam per-

D. Chry. Ho. 66. ad pop. To. 5.

pendens quam cernimus inter Monarcharum corpora, & pauperum piſcatorum Apoſtolorum inquam, aliorumque Sanctorum quos mundus vt pauperes, abiectoſque contempſit. Oſtende tu

Bellon. l. 1. c. 11.

mihi nunc (inquit D. Chryſo.) Alexandri Magni corpus in cuius ſepulchro elaborando ſunt qui dicunt impenſa fuiſſe duodecim millia talentorum. Cineres mihi profer. Auguſti Cæſaris, aliorumque Imperatorum, in quorum honorem tam pretioſas ſtupemus erectas pyramides, vrnaſque ſumptuoſas: nec veſtigium eorum omnium ſupereſt, illaque omnia mauſolæa ita funditus corruerunt, vt ſi quid ſuperſit, nidis competat veſpertilionum, & reptilium, ſicque ab omnibus ſunt deſerta, vt ad illa videas accedere velle neminem.

XIV. Imperatorum ſepulchra deſerta.

Corpora conſidera egeni Piſcatoris D. Petri, & pauperis operarij D. Pauli: quæ etiam ipſi Imperatores Cæſares inuicti proſtrati accedunt, ac puluerem illis vicinum exoſculantur: tantâ reuerentiâ, tanto cultu, tanta frequentatione à cunctis honorata. Idem ſpectare licet in alijs SS. corporum reliquijs: *Tu mihi oſtende* (loquitur D. Chryſoſtom.) *ſepulchrum Alexandri, & profer diem in*

D. Chry. Tom. 5.

*quo vitam finiuit. Nihil horum inſigne, ſed omnia defuncta ſunt, & exterminata. Chriſti vero ſeruorum & ſepulchra clara ſunt, & regiam aſſecuta ciuitatem, & dies nouiſſimi mundo feſtam afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum & proprij non ſciunt, horũ autem ſciunt & barbari &c. Et ipſe qui purpura, indutus eſt, accedit, illud complexurus ſepulchrũ, & faſtu depoſito ſtat ſactu ſupplicaturus, vt pro ſe ad Deũ intercedant &c. In ſepulchris Regũ magna ſolitudo, hic autẽ magnus concurſus &c.* Tali Deus honore dignatur SS. corpora: ſicut enim illi nedũ animabus ſuis, ſed etiã corporibus Deo famulati ſunt, ſic non ſolũ eorũ animas, ſed

enim corpora extollit honoranda dum eorum ſepulchra ſignis tribuit eſſe veneranda, quo fit vt loca faciat refugiorum, ſalutis fontes, & defenſiua propugnacula ciuitatum, Regnorum ac Prouinciarum, quorum intuitu ſe tantò credunt tutiores eſſe & honoratiores, quantò SS. reliquias penes ſe habent numeroſiores tantique Deus oſtendit ſe illos æſtimare, vt vel minimus capitis eorum capillus ſit auro pretioſior: per illum etenim non vulgaria aliquando prodigia operatur; quibus impletam eius oſtendit veritatem, quod ſæpe iiſdem ipſe promiſerat: *Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.* Matt. 10. 30. Quinimo & calceus attritus, tunica lacera, obſoleta, repetiata. Vnde quanti faciat capillum, qui talem habet capitis Magdalenæ, fateor ego pluris vnicum, quem poſſideo, me facere, quàm omnia totius mundi imperia. Materiam enim hanc ita video copioſam, vt plures hic requireremus diſcurſus, attamen dicta ſufficiant, ex quibus prima ratio D. Aug. poſſit intelligi de cura corporibus adhibenda defunctorum, maximè verò Sanctorum: fuerunt enim organa & templa S. Spiritus, vaſa animæ ſanctæ, cœlo terraque dignioris.

### §. 13. Defunctus efferebatur. *Ex cura ſepeliendi mortuos fidem proteſtamur reſurrectionis, ſicut Abraham.*

☞ 43 I. Similitudo de fide futuræ reſurrectionis.

SEcundam rationem aſſignat D. Aug. nempe quod per hoc proteſtamur ac confiteamur articulum fidei noſtræ maximè neceſſarii, cui tota ſpes noſtra innititur, noſtrorum corporum reſurrectionem: *Propter fidem reſurrectionis adſtruendam.* Quando veſtis alicui ita obſoleſcit, vt eam exuens deijciat in ſterquilinium, vel in ignem, vel in flumen, eo ipſo declarat, quòd eam numquam ſit recepturus, nec ea ſe veſtiturus; verùm domicella, quæ per integrum diem tunicâ præfulſit induta pretioſâ ſub veſperam, dum illam exuit, ſtudet diligenter vt à ſordibus emundetur, odoribus inficiatur, ad primas comprimatur plicas, linteo inuoluatur, & ciſtâ recondatur ſeruetur que firmiori, hoc ipſo declarat, quòd tranſacta nocte, & oriente ſole, vel feſto illuceſcente ſolemniori illâ ſe denuo velit adornare. Corpus veſtimentum eſt, quo induta tegitur anima quo tempore hoc in mundo verſatur.

II. Reſurrectio incognita infidelibus.

Infelices illi, qui morte accedente, hæc enim eſt, quæ corporis tollit tunicam, eam malis auibus projiciebant, vel auibus, beſtijſque diſcerpendam vel in ſterquilinium in ſtercus mutandam, vt populi infideles, hoc feciſſe cenſentur: qui nedum credebant, aut futuram ſperabant reſurrectionem corporum noſtrorum: ſed nec illam quidem audierant: eratque hoc eorum intellectui adeo peregrinum & inſuetum, vt facile liquet, ex eo quod D. Pa. contigit Athenis prædicanti. Act. 17. 32.

Nos verò illam firmiter credimus, & hac nutriti ſpe viuimus: hæc ea eſt quæ cor noſtrum paſcit ac confortat, vt labores ieiunia diſciplinas & mortificationes intrepidi ſubeamus, vt proſequitur Apoſtolus hanc docens doctrinam: quod ſi futura non ſit reſurrectio, in quem ergo finem corpora noſtra tot frangimus laboribus, tantaque fatigamus mortificatione? *Si mortui non reſurgunt, &c. Manducemus & bibamus.* 1. Cor. 15. 32. Verùm fides hæc tanti nobis refert, vt nos ipſa doceat, quòd ſepelire mortuos, idem ſit atque eos ſeminare: non enim agricola tritici granum deijcit in terram, vt perdatur, ſed vt debito tempore luxurioſiùs & abundantiùs pullulet; *Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminatur corpus animale, ſurget ſpiritale. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione*: de quibus Sabbato Transfigurationis egimus. Idcirco fideles corpora defunctorum inſepulta non deſerunt, ſed & illa, vt quid pretioſum, habent: quando enim quis moritur, hæc corporis tunica tollitur purgatur, lauatur, & ceremonia hæc eſt antiqua, & in primitiua Eccleſia vſurpata, multiſque ſæculi confirmata, vt patet ex ſcriptis D. Gregor. Ho. 38. in Euang. & l. 5. Dial. c. 17. & li. 4. c. 16. & 27. ſimiliter honeſtè cōplicatur brachijs in crucis modum ſuper pectus concellatis, pedibus iunctis, capite & oculis obuelatis, thure conſpergitur, ſicut fieri videmus in exequijs, & linteo mundo ſepulchrali inuoluitur, in arca ſepulchri reconditur, vt tranſacta huius ſæculi nocte, die iudicij illuceſcente, quem Spiritus S. diem nominat æternitatis, hoc iterum anima induatur mundo, & renouato, ad vitam æternam ac glorioſam. Dum igitur officium celebramus exequiarum ſi infidelis accurreret, noſque interrogaret in quem hæ omnes ceremoniæ finem: illi reſpōderemus: ex hoc corpore depoſitum conſtruimus!, dicentes cum Apoſtolo: *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Philip. 3. 20.

Hinc originem ſumpſit illa cum mundo introducta conſuetudo (teſtante D. Auguſt.) fidelium corpora ſepeliendi defunctorum, & ſuis præexſtruendi ſepulchra corporibus: *Vnde & antiquorum iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt,* D. AVGVS. L. de cura pro mortuis To. 4.

III. *ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura prouiſa,*
Abrahæ *ipſique dum viuerent de ſepeliendis vel etiam*
circa ſe- *transferendis ſuis corporibus alijs mandauerunt.*
pulturã Nefas eſt prætermittere diligentiam circa hoc pie-
diligẽtia tatis officium, Abrahæ: cum enim ſit nobis opus
commen- ad inſtructionem perutile refert hoc Spiritus S.
datur. ſuis omnibus adornatum circumſtantijs. Dum
in terra moratur Chanaan, moritur illi Sara cha-
riſſima coniux in ciuitate Arbee, quæ cum in val-
le illa nominatiſſima Hebron ſita eſſet, Hebron
eſt appellata. Confeſtim Abraham eius obitum
Gen. 23. 1. deplanxit exequiaſque celebrauit: *Venit Abraham*
*vt plangeret eam. Cumque ſurrexiſſet ab officio*
*funeris.* Duo hic ex Spiritu S. conſidera commen-
data in Abraham. Primum: quòd mortem con-
iugis lachrimis planctuque proſecutus eſt; Non
fuit hic luctus talis qualis ac leuis; ſed præ-
grandis multis ſuſpirijs, multoque gemitu cele-
bratus, hoc enim eſt: *Vt plangeret eam.* Suadet ná-
que ratio vt mortuos lugeamus & ereptos no-
bis parentes, charoſque doleamus; moſque tunc
increbuerat quemque deflere habita ratione
qualitatis, quoſdam tribus diebus, alios ſeptem,
illos triginta, noſtras autem ſuis Saluator lachri-
mis conſecrauit, quas fudit in Lazari morte co-
pioſas; de quibus tunc dicendum.

☞ 44 Secundum: hoc fecit: *Officium* ſcilicet *funeris:*
fidelis erat, & licet ſicut homo carne conſtans
ereptam ſibi doleret chariſſimam coniugẽ, cre-
debat tamen vt fidelis, quòd illam in omnẽ non
perderet æternitatem, quodque idem illud cor-
pus eſſet glorioſius in reſurrectione recepturus,
idcirco illud non in ſepultum neglexit, ſed offi-
cium ei ſoluit funeris honorificum. Per hoc (ait
D. Tho. D. Tho) declarare voluit Spiritus S. *Religioſum*
In ca. 24. *officium funeri exhibitum.* Quòd illud videlicet
Gen. lauerit, vnxerit, partes debito ordine compoſue-
rit odores, floreſque ſuperiecerit, amiculo ferali
inuoluerit, ſicut qui tunicam linteis obuoluit vt
arcæ includat cuſtodiendam, deinde confe-
ſtim curam omnem contulit officio funeris, vt
corpus ſepulturæ traderet vt ſecuræ, ita decen-
tiori

Eo fine ciuitatum illarum coegit in vnum op-
pidanos, atque illis: Ecce chariſſimi mei Domini?
*Aduena ego ſum & peregrinus apud vos: date mihi*
*ius ſepulchri vobiſcum & ſepeliam mortuum meũ.*
Omnes vnanimes reſpondent Domine Princeps
talis, qualem te cuncti ſuſpicimus, non oportet
vt roget, ſed pro voluntate ſua eligat ſibi ſepul-
chrum, cæteris quod habemus illuſtrius, quiſque
ſibi gratulabitur talem ſepulchro ſuo recipi de-
functam: *Princeps Dei es apud nos, in electis ſepul-*
*chris noſtris ſepeli mortuum tuum, nulluſque te pro-*
*hibere poterit.* En quali peregrinum Abraham
titulo compellent; *Princeps Dei apud nos.* D. Hie- Lib. de qq.
ronymus hanc eorum interpretatur ſententiam: Hebras. in
Princeps es non minimus, quia, vel nos nullum Gen.
agnoſcimus illuſtriorem: hoc etenim phraſi ſig-
natur S. Scripturæ: *Princeps Dei* id eſt Princeps
maximus, ſicut *Cedri Dei*, *Montes Dei*. Hunc quo-
que ſenſum ſequitur D. Chryſoſt. q. d. *Rex es in* Ho. 48. in
*apud nos.* Gen.

Noſter autem Cardinal. Caitan. arbitratur
Abraham tanta fuiſſe morum ſanctitate præſtã-
tem, vt paſſim eum omnes tanta veneratione co-
lerent, quanta deceret ſupremum Dominum iu-
dicemque reuereri, quem illis Deus ad regiones
eas deſtinauerat: ita ſentiunt Abulenſ. & Lyran.
Non opus eſt, vt tantus Princeps ius à nobis e-
xigat ſepulchri ipſius ſit, illud pro beneplacito
inter tot illuſtria ſeligere nobilius: *In electis ſe-*
*pulchris noſtris.* Nequaquam hoc ita fiet, reſpon-
det Abraham: alienum nõ expoſtulo ſepulchrũ,
ſed quod meum ſit, ac nepotum meorum iure
perpetuo: *Ius ſepulchri*; vnde hoc tantum à vobis
efflagito vt propitij ſitis mihi apud Ephron filiũ
Seor mediatores. Erat is vir præpotens & au-
ctoritate primarius: campus illi erat cum ſpelũ-
ca, quæ duplex habebat antrum: vnde dicebatur
*Spelunca duplex.* Mihi ſitis (amabo) apud illum
ſequeſtri, vt mihi diuendat agrum cum ſpelun-
ca, quem mihi meiſque poſteris ſepulchrum cõ-
ſecrem ſempiternum. Omnes Ephron accedunt
mediatores, ille verò non parua humanus affa-
bilitate, exclamat altiùs, vt omnes intelligant:
Domine, crede mihi, magno me præuenies co-
mes beneficio, dum mea tibi dignaris aſſumere:
Tibi ſit ex nunc ager, & ſpelunca, & coram hic
aſtantibus eum tibi cedo iure perpetuo. Gratias
tibi refero, replicat Abraham, Domine mi, im-
menſas, ſed illam poſtulo coniugi meæ mihi-
que ſepulchrum, vnde gratis eum recipere, om-
nino recuſo, nec mihi, niſi iuſto venditum, acci-
piam. Cum igitur hoc tibi ſedeat, inquit Ephrõ
Ager cum duplici ſpelunca quadringentis valet
ſiclis argenti. Confeſtim hos illi Abraham ap-
pendit in moneta probata, voluitque ſtipulatio-
nes fieri & rata vẽditionis huius ac poſſeſſionis:
hoc enim indicant illa verba: *Videntibus filijs*
*Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis il-*
*lius*. hic igitur vxorem ſuam defunctam terra
contexit, manſitque deinceps ſpelunca illa in ius
ſepulchri illi eiuſque nepotibus.

Nonnulla hac in hiſtoria perpende. Primum:
quòd tunc apud populum illum (licet Chananæi

 infideles

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV.
Sepulchra erigēdi antiqua cōſuetudo.

infideles eſſent ) mos increbuiſſet vt ſuprema erigerentur ſepulchra maiora & minora, & iuxta cuiuſque qualitatem : hoc enim ſignificatur his verbis, ex mente D. Tho. *In electis ſepulchris noſtris*, ideſt in præcipuis & nobilioribus ſepulchris. Secundum : quamuis Abraham vir eſſet omnimodè diues ac clarus numquam voluit in hoc mundo quidquam ſibi iure proprio poſſidere (*Nec paſſum pedes* inquit inuictus Chriſti protomartyr D Stephanus) reipſa monſtrans quòd ipſe ait: & D. Paulus repetit ſe peregrinum hic eſſe ; quocirca hæc communis illi phraſi erat loquendi, qua nunc vtitur: *Aduena ſum & peregrinus*. Nihilominus iure proprio atque perfecto poſſidere voluit agrum & ſpeluncam, quam ſibi in ſepulchri locum determinauit : hic etenim locus tibi proprius eſt: & hic ſolus, ex omnibus mundi bonis tibi remanebit: ſcilicet ſepulchrum, vt ante diximus.

*Act. 7. 5.*

V.
Cur Abraham propriū voluerit ſepulchrū.

Cur igitur noluit ſibi ab illius vrbis oppidanis locum acceptare vltro gratiſque oblatū, atque inter eorum ſepulchra & quidem electiora vnum ſibi eligere pro beneplacito conueniens? Conuenienter equidem, ait D. Tho. eo quod illi Gentiles eſſent ac infideles, cenſebatque rationi repugnare, vt fidelium corpora ſepelirētur inter infidelium cadauera: cum enim fuerint illi iuſti, templa fuerunt S. Spiritus, & ad vitam æternam erant reſuſcitanda glorioſa : porrò infidelium, templa fuerunt dæmoniorum, organa & inſtrumenta mille iniquitatum, ac ſcelerum, erantque ad mortem æternam aliquando reſuſcitanda. Proprium habere voluit ſepulchrum ( inquit D. Amb. apud Lipom. ) vbi ſibi certò conſtaret conſeruanda fore corpora coniugis ſuæ, ſuumque atque nepotum omnium: ſi namque locum Dominus alius iure poſſideret, tanta non gauderet ſecuritate.

2. 2. q. 100 ar. 4. ad 3.

*Gen. 23.*

45
VI.
Qua ratione Abraham ius emerit ſepulchri.

Cæterum nō leuis hic oritur difficultas. Quā potuit Abraham conſcientia ſibi comparare *Ius ſepulchri*, quod ſpirituale eſt, quod nec vendi, nec emi poteſt ſaluo vitio Simoniæ ? Cardinalis noſter Caietan opinatur, quòd ſepulchrum ex ſe non ſit locus ſacer, ſed ex lege tantum poſitiua Eccleſiæ : non enim magis ſanctificat locus corpus mortuum ac viuum, imo quis forſan dixerit, minus adhuc : & omnibus in confeſſo eſt, quòd domus locuſque corporis viui, licet viuius Sancti, vel ſacerdotis, de ſe nō ſit ſacratus: & ſicut tunc temporis nullæ conſtitutæ fuerant leges poſitiuæ potuit ſibi Abraham comparare & emere ius ſepulchri D. Tho. arbitratur quod locum hunc emerit ad redimendam, quam verebatur, vexationem ab infidelibus defunctorum corporibus inferendam, ſi proprius illi non fuiſſet: etenim illum ilico eius Domini polluere, & corpora inſepulta abiicere potuiſſent atque ideo illum ſibi voluit emere, vt ſemper ſuis eſſet: ſicut ſimiliter eandem ob cauſam gratis accipere recuſauit puteum ſibi à Palæſtinis oblatum, ſed emptum voluit in eius pretiū ſoluens Abimelech oues & agnas, ne timore aliquo anxiaretur, quòd illum denuo repeterent vel auferre molirentur.

2. 2. q. 100 cit.

*Gen. 21.*

Poſſemus & hoc addere ex D. Ambroſ. quod locum illum non emerit, vt ſepulchrum, ſed vt terram profanam, vt illam in ſepulchrum ſeligeret, quatenus tantò ſecuriùs velut in arca defunctorum corpora ſalua ſeruarentur. Eo modo quo Dauid poſtmodum gratis acceptare noluit ſibi ab Ornam Iebuſæo oblatam aream ædificando altari congruam, rigoroſo namque pretio eam ſibi voluit ſolutam comparare. Emere ſibi voluit hunc agrum Abraham ſepulchro dedicandum, locum duobus titulis illuſtriſſimum: Primus: quia talis in ſe erat: etenim poſſeſſio erat diues, locus amœnus hortis & arboribus ad recreationem conſitus : vt ibidem S. pagina denotat, vnde hunc Ephron poſſidebat, vir inter vrbis illius incolas cæteris facilè ſuperior, quod ipſa S. Scriptura non tacuit: *Habitabit Ephron in medio filiorum Heth*. Etenim S. Scriptura, habitare in medio ciuitatis, ſignificat in ea reliquis eſſe magis cognitum, atque dignitate illuſtriorem. Secundus: eo quod ciuitas illa eſſet Arbee, vel Hebron vetuſtiſſima, quam S. Textus affirmat antiquiorem fuiſſe Tani, vel Memphi Metropoli totius Ægypti: quinimo ſuſtinet Ioannes Annius, apud Hebræos pro comperto haberi, fuiſſe primam totius orbis ciuitatem, à protoplaſte Patre noſtro Adam ædificatam : de quo nihil modo placet definire. Hunc igitur locum elegit ſibi ſuiſque Abraham in ſepulchrum adeo celebrem & illuſtrem, voluitque eum ſibi habere perfectè conquiſitum per actum venditionis publico notario confirmatum, præſentibus populi iudicibus : nec non omnibus vrbis illius ciuibus in teſtes aduocatis: vt tibi innoteſcat, qua cura eximius ille fidei pater coemerit & præparauerit, ſibi, coniugi ſuæ, filiis legitimis, cunctiſque poſteris ſepulchrum iure perpetuo. Ad hoc ergo antrum hoc duobus finibus cancauum elegit: quod inde dicebatur *Spelunca duplex* adeo pretioſum vt in eo chariſſimam ſibi coniugem ſepelierit, & moriens decreuerit, vt in eodem à filiis ſuis Iſaac & Iſmael reconderetur. Hoc ſepultus

*Lib. 11. de Abraham c. 9.*

VII.
Locus hic duobus titulis erat inſignis.

*Num. 13.*

*In Comment li. Xenoph. æquinoctiū.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pultus iacet Iſaac filius eius, & Iacob, qui licet in Ægypto ſit mortuus, tamen filius ſuis præcepit, eo corpus ſuum inferendum. Idem nouimus de S. Ioſeph filio Iacob, qui ſuſcepto à fratribus ſuis iuramento voluit in eodem ſepulchro tumulari.

VIII. Mauſolæa extructa à fidelibus.

*a Lib. 13. antiq. c. 15 & l. 16 c. 11.*
*b Epiſt. 17. ad Marce.*
*c Act. 2. 29.*
*Ioſeph. Li. 10. antiq. c. vlt.*

Hanc in viris iuſtis perpetuam notamus ſolicitudinem. Sic videre licet ſepulchrum, quod Iacob dilectiſſimæ ſibi Racheli circa Bethlehem extruxit. Celebre ſepulchrum, quod Salomon Dauid parẽti ſuo dedicauit de quo fusè Ioſeph. a. & D. Hier. b. hoc inſcribit: *Mauſolæum Dauidis*, quod millenis poſt annis tempore Chriſti integrum adhuc extabat vt patet. c. elapſi licet tot annis, tot bellorũ tumultibus, tot ſeruitutis calamitatibus. Vt quid omnino ſingulare referet Ioſeph. Sepulchrũ, quod propheta Daniel Regibus Medorum, Parthorum, & Perſarum erexit in tanti beneficij gratitudinem, quo à Dario Rege ſummis fuerat honoribus exaltatus: *Dũ Daniel ſe eſſet inſignitus, & clarus, eo quod religioſus exiſteret, ædificauit in Ecbatanis Mediæ Mauſoleũ valde præclarum, & mirabiliter nimis extructum: ſic eius pulchritudo videtur noua & ſolida nullaque ſenectute, tam magni temporis longæuitate confecta &c. vt die qua conſpicitur, putetur eſſe conſtructum.* Longè præcellens fuit & illud quod Simon in ciuitate Modin ædificauit magni Mathathiæ filius, quod Spiritus S. ſingillatim deſcribit, vt prædiximus D. Stephano martyrum antesignano, teſtante S. eloquio, mauſolæum erectum fuit permagnificum: *Curauerunt Stephanum viri timorati & fecerunt planctum magnũ ſuper eum.* Quid amplius? Et ipſe Deus illuſtria curauit electis ſuis ſepulchra conſecrari. D. Cle. martyri in mari Angelicis manibus mirabiliter conſtructum, Virgini omnium clariſſimæ D. Cathar. in monte Sinai ad quem eam transferri iuſſit Angelorũ miniſterio in ſepulchrũ adeo venerandum, & excultum illo liquore de corpore eius iugiter profluente, quo poſtmodum corpus S. Nicolai Antiſtitis transferri voluit, & hanc ſuã ſolicitudinẽ teſtatus eſt diuerſis præceptis, quæ circa Sanctorum corpora reperimus, quæ dum locis iacerent ſepulta parum decentibus, vt ad alia & magnitudine & opere digniora transueherentur, nõ ſemel mandauit: vt conſtat de corporibus Gamalielis, Nicodemi, & SS. Geruaſij & Protaſij, aliorumque de quibus fusè tractatũ eſt, & de hoc ſibi ſemper fideles congratulati ſunt ob prædictas rationes. Laudat D. Aug. Gentilium diligentiam in extruendis ſepulchris, iiſq; condendis defunctorum corporibus; verumtamẽ

*1. Mac. 13.*
*Act. 8. 2.*

IX. Deus ſanctis ſuis eligit ſepulchra honeſtiora

*Vide Bozi. l. 5. de ſig. Eccle. c. 6. L. de cura pro mort. cap. 11.*

X. Error gentiliũ circa defunctorũ animas.

eorum explodit rationem: errorem enim inuoluebat, quod videlicet anima egreſſa de corpore vagaretur in incertum nec à defunctorum Dijs reciperetur, donec corpus terræ mandaretur. Et hoc Poeta canit Virgil.

*Nec ripas horrendas, nec rauca fluenta*
*Transportare prius quam ſedibus oſſa quierint.*

*Virgil. Libr. 6. Æneid.*
*Lib. de Anima c. 5. 50.*

Vt autem eis hoc Diabolus perſuaderet (inquit Tertullianus) & ipſe aliquoties in nomine & perſona defunctorum apparebat, dicẽs, corũ animas eſſe, quódque detinerentur eo quod eorum corpora eſſent inſepulta, referens ad eius confirmationem hiſtorias Patrocli & Achillis. Verumtamen (inquit) figmenta ſunt hæc fabularum ab Homero compoſita, ex affectu erga defunctos, vt viuos tantò fortiùs ad defunctorum ſepulturã animaret. Fabulæ ſunt (inquit D. Auguſtinus) hæc à fide Catholica quam profitemur prorſus alienæ: quæ reprobantur eo quod ſciamus multa SS. Martyrum corpora inſepulta iacuiſſe, beſtiarum dentibus expoſita & laniata de quibus ex Pſalterio canimus: *Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli: carnes Sanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum, ſicut aquam in circuitu Hieruſalem & non erat qui ſepeliret:* Fuitque eorum mors Pſallente Dauid: *Pretioſa in conſpectu Domini:* corporibus enim eorum malis auibus proiectis, animæ in æternæ quietis ſedem receptæ ſunt, ſicut ex illo mendico fauſtoque (ait) Lazaro intelligimus. Refert autem D. Auguſt. id quod de hac materia contra errorem Gentilium diſputauit. Rationes vrgentiores ſunt illæ quas produximus quibus admonemur ne indecenter corpora proijciamus inſepulta, ſed tumulo recondamus illa decentiori.

*Pſ. 78. 2.*
*Pſ. 115. 5.*
*Lib. [illegible] c. 11*

**§. 14. Efferebatur.** ***Defunctos in locis ſacris ſepelimus ad quæ recurrimus pro virtutum exercitio.***

EFficacioribus his adducta rationibus Eccleſia tempore legis Euangelicæ ſtatuit 46
corpora defunctorum ſepelienda, nedum in ciuitatibus, ſed etiam in Eccleſijs & cœmiterijs illis vicinis: ſunt enim hæc loca multiplici concurſu frequentiora, & in quibus pariter omnes conueniunt, Eccleſiaſtici, laici, nobiles & plebei, viri ac mulieres, iuuenes & ſenes, de quibus diuerſas inſtituit leges, iuxta perſonarum, ac qualitatum differentiam. Plurimum

mum nobis conducit mortuorum habere memoriam, eſtque nobis aer vitæ, quem defuncti exſpirant, vt prælibauimus. Illis approxima, illos fixa acie intuere: tibi namque prædicabunt, teque mundi docebunt vanitatem, & ad religioſā piamque vitam excitabunt: vt diximus de terra, quam pedibus calcabat Eliſeus, quam Princeps Naaman ſecum voluit deferre, eamque ſibi in Oratorium dedicare: Verumtamen hoc ea de cauſa principaliùs inſtituitur vt tantò fortius actus exerceantur virtutum Theologicarũ fidei, ſpei, & charitati. Fides excitatur: dum enim hæc videmus ſepulchra, credimus defunctorum corpora ad futuram in die iudicij eſſe depoſita reſurrectionem, quorum animæ ſi ſanctæ ſint, nec egeant purgatorio, iam Domini noſtri conſpectu beatifico perfruuntur. Et hæc eſt ratio diſcriminis inter nos & Sanctos veteris teſtamenti.

*Tract. 1. n. n. 28. 14.*
*4. Reg. 5. 17.*

I. Tres virtutes Theologicæ ex defunctis corporibus elicimus.

D. Cyrillus Alexandri, quandam ventilat difficultatem, quam valde fusè proſequitur. Abulenſ. vt quid tunc temporis corpora defunctorũ immunda cenſerentur, nec licitum eſſet illa contingere, & minus illa in locis ſacris, templo vel tabernaculo ſepelire: nunc autem vt munda habentur, & in locis ſacris ſepeliuntur: hæc eſt prima ratio (inquit D. Cyrillus) quia vt loquitur Apoſtolus, tunc mors regnabat, quam vt effectũ peccati voluit Dominus repræſentare, & in ea populo illi rudiori ipſum peccatum, vtque ex ſtrage, quam in defuncta corpora morte exercet corporali, cognoſcerent quantum ageret morte ſpirituali in animas, quas obruit: quocirca volebat, vt illa haberent velut quid ſordidum, nec vllatenus illa contingerent. Nunc autem regnat Chriſti gratia, qui nos à peccato liberauit, vultque vt ea corpora cenſeamus, velut quæ templa fuerunt Chriſti, & reſuſcitanda ſunt glorioſa, in libertate filiorum Dei: & ſic illa ſepelientes vel ſepulta, conſideremus, in hoc fidei virtutem exercendo.

*L. 1. & 12 de Adora.*
*In ca. 19. Leu. q. 20.*

II. Cum veteri lege mortuorum cadauera cenſerentur immunda. Ratio prima.

Secunda eſt: quòd in lege veteri, quantumuis aliquis ſanctitate meritiſque præditus eſſet, tamen moriens ad cœlum non aſcendebat: illius enim portæ, per Adæ peccatum erant obſeratæ: nunc autē Chriſto mortuo illi ad interiora cœli gaudia admittuntur, quibus coram diuina Maieſtate ex clara diuinæ eiuſdem eſſentiæ viſione perfruuntur. Cum igitur ea tempeſtate animæ ad cœleſtes non admitterentur ſedes ratio ſuadebat vt eorum corpora intra tabernaculi, templique limites non admitterentur. Mortuus eſt Chriſtus, velum reſciſſum eſt, omnibuſque patet locus hic, in quem ſoli ſummo licebat intrare ſacerdoti.

Ratio ſecunda.

Hoc modo ſignificatur, & huic appoſitè poſſunt debentque viuæ fidei circa reſurrectionem actus exerceri; atque circa corpora illa conſiderare oportet, quod eorũ animæ viuant in cœlo glorioſæ, ipſa verò ſuo tempore ad vitam reſurgent immortalem; illaque contemplari velut in loco quietis iacentia; in quo defuncti ſomno mortis obdormiunt, ex quo vltimo die euigilabunt, idcirco enim dicuntur cœmiteria: vt enim aduertit D. Ephrem Syri Scholiaſtes Gerardus Voſſius in teſta. B. Ephrem Græcum eſt vocabulũ κοιμητήριον, quod ſignificat dormitorium, deriuatum à verbo Græco κοιμάομαι, id eſt dormire. Igitur ex eo quod in altero credis, teipſum ad actus præparas ſpei: ſperas etenim futuram reſurrectionem, non ſolum eorum, ſed & tuam, qua tuum attendis corpus, quod ſi nunc mortale eſt, tunc glorioſum erit & immortale.

*Par. 797.*

III. Vnde dicta ſint cœmiteria.

Illa ergo corpora perpendenda ſunt, & audienda; vnum quodque enim eorum quos piè credis in Dei gratia hinc diſceſſiſſe tibi hoc intonat. *Exſpectabo donec veniat immutatio mea.* Symmachus legit: *Donec veniat ſancta natiuitas mea.* Congruentiſſimè vocatur à iuſto dies reſurrectionis, dies ſanctæ natiuitatis etenim ſi dies primus natiuitatis eius ex matris vtero fuerit in peccato, vtque mundum ingrederetur circumdatus miſerijs: ille dies erit natiuitatis, qua iuſtus de ventre terræ naſcetur quam Salomon matrem appellat omnium, ad vitam corporis glorioſam, ab omni cordis dolore liberam. Frequens eſt & vſitatum reſurrectionem vocare natiuitatem, imo Dauid de Chriſto vaticinans, ex multorum opinione ſic de eius reſurrectione Pater loquitur: *Ego hodie genui te.* O qualis illa natiuitas, qua reſurget iuſtus ad regionem viuentium intraturus, nulloque tempore moriturus. Primo natiuitis ſuæ diei maledixit Iob: pro eo quod in ſe culpæ pœnæque complectebatur, alterum porrò deſiderat: non enim habebit aliquid quod ſanctum non ſit, ac glorioſum, vnde ſic ait: ego natus ad laborem, damnatus ad mortem me iam velut mortuum cernens aliam exſpecto ſanctam natiuitatem.

*Iob. 14. 14.*

IV. Dies reſurrectionis dicitur eſſe dies natiuitatis.

*Eccl. 40. 1.*

*Pſ. 2. 7.*

Septuaginta transferunt: *Exſpecto donec rurſum fiam* vt corpus illud denuò fiat & reædificetur velut nouum abſorpta omni eius mortalitate, pœnis, & paſſibilitate, vt ſine manibus compoſitum: *Domum non manu factam*, prout in die

*2. Cor. 5. 1.*

Trans-

figurationis oſtendimus, Ad lectionem vulgatam
ſi quid intelligo, ſpectat Apoſtolus dicens: *Tunc
immutabimur*, tunc enim fiet illa mutatio, quæ
1. Cor. 15. 52. futura eſt huius corporis, ſicut ea quæ fit grani
dum ſeminatur, & ſub terra reconditur, donec
pullulet & ſurſum germinet, quod Apoſtolus pro-
ſequitur.

Hos ſpei actus oportet vt exerceas, & per hos
☞ 47 1. Cor. 15. 54. ridere mortem, vt ait idem Apoſtolus, illique
poſſis objicere: *Vbi eſt mors victoria tua!* nec non
illis prophetæ Michææ verbis exploiare (a) *Ex-*
(a) *Dar la baya.* Micha. 7. 7. *ſpectabo Deum Saluatorem meum. Ne læteris inimi-
ca mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam cum ſede-
ro in tenebris: Dominus lux mea eſt, iram Domini
portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam
iudicet &c. & faciat iudicium meum. Et aſpiciet
inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad
me: vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei vi-
debunt in eam, nunc erit in conculcationem vt lutum
platearum.* Plura latent hic myſteria quàm litte-
ræ: quibus in morte tua mœrorem tuum leuias:
iuſtum quippe eſt, vt eam ſuſcipias, vt di-
gnum ſcelerum tuorum ſupplicium: *Iram Do-
mini portabo, quoniam peccaui ei*; Et quamuis
tunc te mors deijciat, ac futurus ſis quantum
ad corpus ab ea captiuus in ſepulchro, donec
iudicij dies eluceſcat: *Donec iudicet cauſam meã:*
tunc de ea triumphum agens egredieris, & vt
lutum platearum eam victor lætuſque conculca-
bis.

Tandem exercetur charitas & Chriſtiana pie-
tas: cum enim defunctos noſtris habeamus ocu-
V. Etiam Chriſtiana charitas exercetur. lis præſentes in Eccleſijs locisque conſecratis,
nos ipſi deprecantur, vt pro illis apud Deum
intercedamus. Cito memoriam eorum perdi-
mus, quos minimè videmus, & nullo negotio ob-
litus eſt pincer a Pharaonis Sanctiſſimi Ioſeph
ſui coniectoris & conſolatoris optimi: quia ocu-
los eius effugerat; etenim apud nos, non vide-
re & obliuiſci, pari gradu feſtinant, magnæ licet
interueniant obligationes. Quod pauperi, quem
non vides, non ſubuenias, nihil miror: per-
VI. Pro defunctis exorandum. ror execranda fuit illa diuitis epulonis crudeli-
tas, qui cum coram ſe proſtratum cerneret
Lazarum vlceribus plagiſque horridum, ipſe
menſæ aſſidens opulentæ, nec illi micam panis
induliit; idcirco iuſtiſſimè damnatus, quia re-
frigerat in eo proximi charitas, vt ex doctrina
D. Ioannis probauimus: *Qui habuerit ſubſtan-
Ho. 16. 1. Ioan. 3. 17. tiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum ne-
ceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab
eo: quomodo charitas Dei manet in illo?* Gra-
uior & tua foret cordis immanitas, ſi in men-

ſa Eccleſiæ reſidens magnifica, ſacrificijs, miſ-
ſis, orationibus, ſtationibus ac ſuffragijs
ſupereffluente: vbi peccata confiteris, S. Chri-
ſti corpus ſumis, intereſ ſacro, roſarium tuum
euoluis, indulgentias lucraris: pedibus autem
tuis proſtratos cernens defunctos extrema la-
borantes inopiâ, non aliquo horum ſubuenires,
illas offerendo quas audis miſſas, preces quas
fundis ſtationes & indulgentias quas lucraris:
*Quomodo charitas Dei manet in illo?* Hoc tibi
perſuadeas, quod ſicut ad valuas Eccleſiæ pau-
peres conſiſtunt eleemoſynam ſtipemque mendi-
cantes, nec non proprias tibi neceſſitates ape-
rientes, ſic intra eiuſdem parietes iacent de-
functi, qui ſuas tibi detegentes calamitates &
miſerias, has triſtes ingeminant querelas: *Miſe-
remini mei, Miſeremini mei, ſaltem vos amici mei:* Iob 19. 21
*quia manus Domini tetigit me.* Quid obſecro fa-
cilius, quàm in loco orationis, pro illis depre-
cari? quàm audiendo miſſam, eandem pro
eorum offerre ſolamine? obeundo ſtationes, eo
modo quo tibi poſſibile eſt, eaſdem in eorum
applicare refrigerium.

§. 15. Efferebatur. *Non leuis eſt fructus in Ec-
cleſijs ſepeliri, ſed ad multa obligat, vt oſten-
dunt euentus, quos refert D. Gregorius.*

IN hoc ipſo quo defunctos in Eccleſijs ſepeli-
mus, exercetur alio ſingulari modo, 48 ☜
quem declarat D. Augus. Conſcripſit do-
ctor hic eximius librum: *De cura pro mor-
tuis agenda*, quo ſatisfaciat (ipſo teſte) diffi- I.
cultati & obiectioni D. Paulini Epiſcopi Nole- Pompa
tani: *Vtrum proſit alicui poſt mortem quod corpus* funebris
*eius apud Sancti alicuius memoriam ſepeliatur.* parum
Suppono primò quod veſtes illæ lugubres, cam- mortuis
panæ, comitatus, pompa funeralis, faces prodeſt.
&c. ſi quidem viuos conſolentur, illa inſtruen- D. Aug.
tes pietate Chriſtiana, complendo, & fidem *Lib. 6:*
proteſtando reſurrectionis, vt dictum eſt, pa- *cit. 2.*
rum tamen defunctis proſint: *Illa omnia* (ſic *Tom. 4.*
ipſe) *curatio funeris, curatio ſepulturæ, pompa
exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quam
ſubſidia mortuorum.* Idem intellige de ſepulchro
magnifico, affabre elaborato, ſit hic vel illic;
abſolutè loquendo; ſicut enim nihil prodeſt pec-
catoribus magnificentia ſepulchri, ſic nihil ob-
eſt ſanctis ſepulchri ſtructura viliſſima, imo et-
iam nullo potiri ſepulchro, ſicut nonnulli illo
caruerunt: quinimo etiam ipſi infideles aliquan-
do (vt teſtatur) ſepulchri nullam habebant



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curam: & ſi quando milites eorum in bellicis ſtratagematibus occumberent glorioſi, eorumque paſſim per agros diſperſa & inſepulta iacerent: hoc ſeipſos Poëtæ carmine ſolabantur: *Cœlo tegitur, qui non habet vrnam.*

LVCAN.

II. Prodeſt autem ſi in Eccleſijs Sanctorum tumulentur multis de cauſis.

Verum adfert non modicam defunctis vtilitatem, in Eccleſia vel ſacello huic vel illi Sancto dedicato tumulari. Primo (inquit) quia qui eo accedit, illumque locum intrat oraturus, eius meminit qui in eo ſepultus iacet, cuius ſepulchrum intuetur, quod idcirco monumentum dicitur, eo quod memoriam excitet, & admoneat: *Nam & memoriæ nomen id apertiſſimè oſtendit, & monumentum, eo quod moneat mentem, id eſt admoneat, nuncupatur.*

III. Qui monumenta ſtatuit, conetur eſſe bonus.

Ex præmiſſis colligit D. Chryſ. perpendens illud, quòd iſti, vt ſui memoriam poſteris traderent, conati ſunt turrim illã Babyloniæ ædificare, qua ſolicitudine tenearis, qui ſimilia erigis monumenta, bonus eſſe ſanctus, iuſti tenax, pius, miſericors: ſi namque fueris talis ad amuſſim cadet hoc monumentũ quod poſteris relinquis: nam illud conſpicati, qui eò ingrediuntur, tui cum laude recordantur, tuum celebrant nomen, & fiunt ſinguli eximij tuarum virtutum me itorumque prædicatores: nec non illud Dauidis de viro miſericorde impletur, quòd quicumque ſepulchrum eius viderit pro eo ſit oraturus: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus:* qui verò viderint eum ſepulchro tumulatum, ei hoc à Domino exoptabunt: *Dominus conſeruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum & non tradat eum in animam inimicorum eius.* E contra verò verò fœnatores, crudeles, peruerſi, luxurioſi, qui talia conſtruunt monumenta, ea conſtruunt (ait D. Chryſoſt.) vt iniquitatum eorum, quas perpetrarunt iugis perſeueret memoria, ita vt, qui eò acceſſerint, ad memoriam illas reuocent, dicantque ecce hic auarus ille fœnerator, qui ſanguinis auperum impendiò ſuum adauxit. Ecce hic immitis pauperi bellua: ecce dignitatum ardelio, aſpernator omnium. Ex quibus ſic infert. *Igitur hoc non eſt memoriam aſſequi, ſed perpetuis obijci criminibus, & poſt mortem infamari, & ſpectatorum linguas acuere in blaſphemiam & accuſationem illius.* Quid plura? mentiri non poteſt qui ait: *Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet.*

Pſ.40.1.

IV. Reprobis monumenta ſunt dedecori.

D. CHR. *Hom.* 50. *in Gen. Tom.* 1.

Prou.10.

V. Diaboli libenter ſepulchris immorãtur.

Aliud hic latet notatu dignum, quòd per hoc corpora defunctorum à dæmonum protegantur inſidijs, & illuſionibus. Admodum familiare eſt diabolis ſepulchra colere, & inter mortuorum corpora obambulare: vt notant D. Chryſoſt. *a.* & D. Petrus Chryſol. *b.* Primò namque quiſque ſibi applaudit videre opera manuum ſuarum: eſt autem mors opus manuum diaboli: *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Secundò: in illa morte corporis, mortem conſiderat animæ: quam ipſe tantopere deſiderat & conatur inferre. Tertiò: quia immundus eſt, quem Chriſtus Dominus communi vocabulo Spiritum vocat immundum, placentque illi habitacula immunda, & inter putredinem vermeſque geſtit diuagari: *Vide vbinam:* (ait D. Petrus Chryſol.) *Satanas ſedem deſiderat collocare in ſepulchris. Semel infectus putredine, habitacula fœtida, & immunda perquirit, ſordibus delectatur, & cœno: qui vtique ſemper fœtore criminum, & ſqualore paſcitur vitiorum.* D. Chryſoſtomus addit quartam rationem, quod per hoc ſibi perſuadeat habere occaſionem illudendi, terrendi, percellendi, imponens, quòd ipſe ſit anima defuncti: eratque hoc adeo frequens diabolo, vt quidam in eam fidem venerint, quòd multorum animæ morientium in dæmones mutarentur quem errorem D. Auguſt. *a.* Platoni adſcribit eiuſque Academiæ: & iterum Tertulliano, *b.* & Tertullianiſtis: Hæc omnia liquent in dæmoniacis iſtis de terra Geneſareth, qui teſtantibus Euangeliſtis à dæmonum legionibus poſſidebantur lymphatici, ſuaque ſibi in ſepulchris vel ſpeluncis, elegerant habitacula: de quorum vno ſic ait D. Marcus: *Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare &c. Et nemo poterat eum domare & ſemper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans & concedens ſe lapidibus.*

a *In c.* 8. *Matt.*
b *Serm.* 16 & 17.
*Sap.* 2. 24.
D. PETR. CHRYS.
a *Lib.* 9. *de ciuit. c.* 11.
*Lib. de Here. ad Quod vult Deũ c.* 86.
b *Matth.* 8. & *Luc.* 8. & *Marc.* 5.
*Marc.* 5. 3.

49 ✠

VI. Conſultũ eſt in Eccleſijs ſepeliri.

Vt huic autem malo ſuccurratur optimum eſt remedium copora defunctorum in Eccleſijs, templis & Sanctorum Sacellis tumulati, iiſque locis, quæ ſub eorum ſunt protectione, & ſaluo conductu (vt ita dicam:) præſertim, vbi eorum reliquiæ aſſeruantur: illas etenim horrent diaboli ac fugiunt: nam cruciatu illos torquent intollerabili. Ad hoc præter ſupradicta, benedicuntur cœmeteria & loca, in quibus fideles tumulantur, & aqua benedicta conſperguntur, cruceſque eriguntur &c. Scribit D. Gregorius qua ratione templa iam conſecrata communiter Angelorum choris implentur, nec idcirco liberè audeant illa dæmones ingredi. Quod ſi vnus Angelus refrænare valuerit diaboli machinas

*Lib.* 3. *Dialog.* 30.

chinas circa corpus Moyſi defuncti, eum de eius ſepulchro procul abigens, de quo meminit D. Iudas Thadæus Apoſtolus quid tot poterunt Angelorum myriades in templo præſentes. Pſeudopropheta ille Samariæ, qui vatem illum circumuenit à Deo miſſum, vt terroribus Hieroboam percuteret, eum iam conſpiciens mortuum & ſepultũ, hoc filijs ſuis præceptũ impoſuit: *Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa me a.* Quod illi non parũ profuit: nã elapſis multis poſt annis, cum pijſſimus Rex Ioſias euerteret igniique traderet cũcta pſeudoprophetarũ ſepulchra, reliquit oſſa eius intacta licet pſeudoprophetæ, quia illa conſpexit Prophetæ Dei oſſibus conſepulta. O quanti commodi eſt, peccatoris corpus ſub vmbra & defenſione alicuius Sancti tumulari?

*3. Reg. 13. 31.*

VII. Qualis actus ſit velle in templo ſepeliri.

Verumtamen D. Auguſt. rationem ſolidiùs confirmat & proſequitur quod ille qui ſibi monumentum eligit, vel ſepelitur in Eccleſia, vel ſacello talis vel talis Sancti eo ipſo illius Sancti vota poſcit & ſuffragium. Quando teſtamento tuo ſtatuis, vt in Eccleſia vel ſacello D. Laurentio ſacro ſepeliaris, eo ipſo proteſtaris, quod ſub eius confugias alas, eius tibi depreceris interceſſionem; & eius tibi expoſcas protectionem, nec non illud confiteris, quod fides te docet Catholica, quanti valeat Sanctorum pro nobis interceſſio, & hoc ipſum eſt te illi commendare, preceſque tali Sancto deprecatorias offerre, vt te ſub vmbra alarum ſuarum protegat & tuus ſit apud Deum interceſſor: *Siquidem credidit, eius animã meritis Martyris adiuuari.* (ait hic) *hoc quod ita credidit ſupplicatio quædam fuit.* Indubium eſt ſi quis ab altero perſecutionem paſſus, ad tuum recurrat gratiæ ſinum, teque complectatur, ad tuos ſe proſternat pedes, tua fretus tuiſque auctoritate & potentia: hoc ipſo te deprecatur vt illi ſis ſubſidio, ac eum defendas: & hoc ipſum te conſtringit, vt illi ſuccuras, & animo ſyncero eius conſulas immunitati: quinimo & ipſe paſſerculus, milui fugiens vngues, ſi ad te confugerit, & ſub tua ſe veſte abſconderit, à te protegitur & donatur libertate, eo quod illo actu oſtenderit, ſpem ſuam in te collocaſſe.

VIII. Defunctorum corpora ſub tutela ſunt SS.

Hoc ipſum Lot virum iuſtum coëgit eorum iuuenum in ſe ſuſcipere protectionem, qui ſub tutela domus ſuæ ſe ſubtraxerant, quando eis Sodomitæ vim contra naturam inferre conabantur. Hoc nequaquam fiet, ait: *Viris iſtis nihil mali faciatis: quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. Hoc dicit,* (aſſerit D. Thom.) *innuens impium eſſe, ſi ipſe non defenderet eos, quos ſub tutela ſua reciperat.* Indicare voluit, ex mente D. Chryſoſt. quòd damnum illis per Sodomitas inferendum, ſibi foret imputandum, cum illos in domum ſuam declinantes defendendos ſuſcepiſſet. q. d. *Mihi adſcribetur iniquitas quæ eis contigerit.* Quocirca velle ſepeliri in ſacello talis vel talis Sancti, eſt actum exercere honoris & reuerentiæ, quâ eius coram Deo fateris auctoritatem, quodque tibi futurus ſit propitius eo quod eius te protectioni commiſeris. Hâc nixus doctrinâ D. Gregor. hanc ex profeſſo diſputans materiam, inſigne profert documentum: ne ſibi perſuadeat impudens, carnis ſuæ cultor, impius, & peccator, Deo ingratus, pauperi crudelis, talem ſibi locum fore in tutelam, quodque Dei electus gratum habebit, quod ipſe agit, velut actum religioſum, quò illum honorat, ſed vt inuerecundam quandam deteſtabitur impudentiam, quâ quantum in ipſo eſt, illum affici dedecore non vulgari: proditori merito comparandus: qui cum conatus fuerit Regem pugione confodere, vel Principi filio ſuo colaphũ infringere, nullâ præmiſſa facti pœnitentia, ad Primatis curiæ illius ſe reciperet protectionem: hoc ipſe vt non leuem ſibi factam indignaretur iniuriam, diceretque: quid hoc mortalium flagitioſiſſime, num me tuæ intendis proditionis facere defenſorem, vtque ſit tibi mea ad hoc beneuola auctoritas? Hoc nihil eſt aliud, quàm velle dicere, vt ego tuas contra Regem eiuſque filium approbem, & defendam ipſe proditor perfidiam: *His quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant, reſtat vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet.*

*Gen. 19. 9.*

D. THO. *In Gen.*

D. CHR. *Hom. 43. in Gen. Tom. 1.*

IX. Non tamen peccatorum.

X. Similitudo.

D. GREG. *Lib. 4. Dial. c. 50 & ſeqq.*

XI. Illa potius hinc eijciuntur quod tribus hiſtorijs comprobatur. Prima.

Pro cuius confirmatione plures allegat hiſtorias, quæ ex certis reuelationibus confirmantur; tres verò nominatim. In Ciuitate Brixiæ degebat nobilis quidam Patricius, ſed vitio carnis peccatiſque ignobilior: totam etenim vitam ſuam ſceleribus culpiſque polluerat. Requiſiuit ab vrbis illius Antiſtite, vt ſibi locum aſſignare dignaretur; optare ſe namque vehementer in Eccleſia martyris inuicti Fauſtini ſepeliri. Petitis eius annuit Epiſcopus. In ea ſibi ſepulchrum condidit. Moritur peccatis ſuis inueteratus, ac impœnitens, prædictoque loco reconditur. Quid factum? Eadem nocte apparet ſacriſtæ præfatus Chriſti martyr glorioſus, aitque illi: Vade ad Epiſcopum, illique hoc meo nomine denuntia: ſub meo non ſuſcipio protectione & vmbra nebulones: nec eſt domus mea illis in refugium: quam citiùs corpus Valeriani ab Eccleſia mea longiùs

longius eliminet quod ſi facere neglexerit infra triginta dies morte morietur: *Vade dic Epiſcopo: vt proijciat hinc fœtentes carnes, quas hic poſuit, quod ſi non fecerit, die trigeſimo ipſo morietur.* Timuit ſacriſta hoc Epiſcopo denuntiare: cui ſecundò Chriſti martyr apparet, idem repetens mandatum. Quod cum Epiſcopus exequi contemneret, die trigeſimo, ſanus & incolumis ſubita morte preſſus interijt.

Secunda.

Secunda & veriſſimè certificata legitur contigiſſe Genuæ, hanc Iuriſta quidam nomine Valentinus inhabitabat, aduocatus, & defenſor Eccleſiæ Sanctiſſimi Martyris Syri: erat hic omnigena vitiorum proluuie deteſtandus: verum vt fautor illius fuerat Eccleſiæ, in eadem ſe rogauit tumulari. Ad noctis medium audiri cœperunt horrendæ quædam voces, velut inter ſe litigantium. Conturbati & conterriti de ſtrato proſiliunt Eccleſiæ cuſtodes, vt ſpectaculum viderent, & ecce: *Viderunt duos quoſdam teterrimos Spiritus*, qui corpus Valentini ſepulchro eruerant, quod cum funibus ad pedes colligaſſent: *Eum ab Eccleſia clamantem ac vociferantem foris trahebant.* Timore perculſi ſacriſtæ, citiùs abierunt, ſuiſque ſe cubiculis incluſerunt: facto mane, ortoque ſole ſepulchrum adierunt, nec in eo defuncti corpus inuenerunt, quod dum diligentiùs inquirunt, foris raptum extra Eccleſiam colligatis pedibus, vt prius illud colligatum extrahi viderant, repererunt.

Tertia.

Tertia Romæ, vbi D. Greg. Pontifex reſidebat, viuebat hic tinctor vir omnium ſuffragio peſſimus, voluit nihilominus moriens in Eccleſia clariſſimi martyris Ianuarij ſepeliri. Nocte ſequenti, voces audiuntur tremendæ nimis; *Ardeo, Ardeo*, ſacriſta vocibus illis non modicè perterretur & altera luce defuncti viduæ, quæ audierat, enarrauit. Quoſdam hæc ad Eccleſiam mittit cognatos aperiunt hi ſepulchrum, & amiculum nec non veſtes, quibus cadauer fuerat obuolutum inueniunt integra & illæſa, ſed nec multum quid, vel parum de cadauere ſuperfluum. In cuius rei teſtimonium (ait ille) vſque in hodiernum diem, veſtes illæ ferales aſſeruantur.

XII. Ex his duo ſunt colligenda.

Ex his, (monet ille) duo collige, Primum: *Qua vltione anima eius damnata ſit, cuius & caro eſt ab Eccleſia proiecta.* Secundum: quod ſi Sanctorum tibi deſideres ſuffragium in quorum Eccleſijs tibi ſeligis monumentum, toto coneris ſtudio per integros vitæ mores illis aſſimilari: *Quid igitur ſacra loca ſepultis proſunt, quando ij qui indigni ſunt, ab iiſdem ſacris locis diuinitus proijciuntur?* Optimè conueniret, vt tibi ſepulchrum eligens in Eccleſia, vel Sancti alicuius oratorio, Præſertim Virginis Mariæ puriſſimæ, crebro te eidem ex animo commendares, atque ad eius honorem peccata expiares, frequenter communicares, aliquaſdam largiteris eleemoſynas, eaque morum integritate viueres, vt in extrema mortis hora, tibi propitios illos gauderes, in quorum Eccleſijs tibi ſepulchrum determinares, ne tibi hoc ſiniſtrum contingat quod miſeris illis affirmat obueniſſe D. Gregorius, vtq; Deus de cernat, Sanctorum eorum interceſſione corpus tuum hac in pace gaudere ſepultura. at enim frequenter nobis inculcat Spiritus Sanctus de multis, quos Deus quieto non eſt paſſus frui ſepulchro, quod ſibi ſuiſque parentibus memoriale ædificarant.

Sic perduelli contigit Abſalon parricidæ, de 51 quo teſtatur S. pagina, quod ſibi ſepulchrũ erexerit, quo nullum illuſtrius, in valle Regia, quatenus orbus filijs & prole poſtera, memoriæ eius conſeruatiua, illa tamen hoc in opere perpetuæ traderetur æternitati. Sic nonnulli hæc verba proprio interpretantur: *Porro Abſalon erexerat ſibi, cum adhuc viueret titulum in valle Regis: dixerat enim non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei: vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur manus Abſalon, vſque adhuc diem.* Mirare, quare illi nomen indiderit: *Manus Abſalon*: q. d. illum erexit, cui vires omnes ſuas impendit, ſuique brachij potentiam conſecrauit. Verumtamen in tantorum ſcelerum, quorum reus erat, ſupplicium, decreuit Deus, vt illo non potiretur: è quercu namque ſuſpenſus, tribus lanceis confoſſus occubuit, cuius poſtmodum corpus lapidibus obrutum, iſque vt ſepulchro eſt inuolutum: condignamque retulit tanto crimine pœnam: *Tulerunt & proiecerunt eum in ſaltu, in foueam grandem, & comparauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis.* Itaque mauſolæum quod in vita ſua erexerat, vt in eo corpus ſuum, poneretur, viueretque perennis eius memoria, ad hoc tantum valuit, vt perpetua recenſque viueret tantæ in patrem ſuum memoria rebellionis, ita vt illac tranſeuntes dicerent: Hoc ſepulchrum condidit Abſalon, in quo tamen conditus non iacet, cum ſuis prohibentibus iniquitatibus.

XII. Peccatores etiam proprio non gaudent ſepulchro vt Abſalon & Sobna. 2. Reg. 18.

2. Reg 18. 17.

Eodem modo viuebat in Hieruſalem ſummus quidam ſacerdos, vel dignitate templi primarius, vir hypocrita lupus ouina pelle cõtectus nomine Sobna: conſtruxerat hic ſibi ſepulchrum permagnificum, in loco templi digniori ſeu altiori,

fortè

forte in vno montium circa templum, ex illis multis de quibus in Pſalterio legimus: *Montes*
Pſ. 124. 2. *in circuitu eius*. Ad ſe citat Dominus Iſaiam, atque illi: Nebulonem illum adi inſignem: *Vade ad Sobnam præpoſitum templi*. Quid obſecro, dicam illi? dicito illi, Quam hoc tuo gloriatis ſepulchro quod tibi ædificaſti, corpus tuum ac memoriam æternitati, vt credis, commendaturus: noueris ergo, quod illo non potieris: ſed vt gallum gallinaceum, cum triſtitia & dolore, vel vt pilam hac illacque percuſſam transferri te faciam per medium Aſſyriorum: venient enim & captiuum te ducent in terram Babylonis ampliſſimam, hic morte peribis infauſta, à vermibus erodendus: *Quis tu hic, aut quaſi quis hic? quia excidiſti tibi hic ſepulchrum,*
Iſa. 22. 15. *excidiſti in excelſo memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi: Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus: Et quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam, ibi morieris, &c.*

### §. 16. Et turba ciuitatis multa cum illa. *Comitatur turba viduam, non ſacerdotes: merito vnici deplorat iacturam ſed potiori iure peccator Dei deploret iacturam.*

☞ 52 DEfunctus efferebatur *filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat, & turba Ciuitatis multa cum illa*. Deſcribit nobis D. Lucas Euang. pompam funebrem, quâ ad ſepulchrum adoleſcens hic efferebatur, & quis pullatus incedat doleatque mortuum. Ad tumulum efferebatur: funus magna ciuitatis turba comitabatur, matremque viduam dolenter ingemiſcentem conſtipabat. Campus apertus eſt iſque ſpatioſus vt explicemus, quàm iuſtæ, piæ, ſanctæ & myſticæ ſint ceremoniæ, quibus Eccleſia in fidelium defunctorum vtitur exequijs, in pheretro mortuos deferens, decenter riteque compoſitis corporibus, cum comitatu multo, cantoribus, candelis, facibus, veſte pullâ, ſonitu campanarum, &c. Sed præter iam dicta vltra modum hæc excreſceret Homilia. Tantum circa hæc verba tria notanda indicaui. Primum: quod ex propoſito dicat Euangeliſta, quinam cum matre
I. vidua defunctum ad tumulum comitarentur,
Cur hic nempe: *Turba ciuitatis, multa cum illa*: deno-
Sacerdo- tans nullos adfuiſſe Sacerdotes, ſed tãtum com-
tes nõ ad- munem plebem, quæ dicitur: *Turba Ciuitatis*:
fuerint. legi diuinæ conformiter, quæ cunctis prohibe-
Leuit. 21. 2. bat Sacerdotibus intereſſe defunctorum exequijs, eorum exceptis quos in lege nominat: *Non contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantum in conſanguineis, ac propinquis, id eſt, ſuper patre, & matre, & filio, & filia, & fratre quoque, & ſorore virgine, quæ non eſt nupta viro*. Sed nec hoc ſummo licebat Pontifici, vt ex textu innoteſcit, de quo rationes allegat litterales D. Thom. & notat bene Abulenſ. quod 1. 2 q. 102. a. 6. ad 11.
omnes ex diuino præſcripto quotquot mortuo- In c. 19.
rum aſſiſtebant exequijs, ſiue laici forent, ſiue Num. q. 17.
Sacerdotes immundi habebantur; & incapaces, vt eo die, & aliquando ſeptem diebus ſequentibus ingrederentur tabernaculum, vel quid ſanctum attingerent: de quibus ſupra cuius litteralem rationem profert idem Angelicus Doctor. 1. 2 q. 102. a. 5. ad 4.

Verumtamen hoc intereſt diſcriminis quod concederet Deus Laicis vt legalem hanc contraherent immunditiam abſque peccato (ſicut & nunc Eccleſia licet ordinet vt bigamus ſit irregularis, hanc tamen permittit contrahi irregularitatem ſine peccato.) ſed hoc Sacerdotibus non permittebat nec illis licitum erat talem contrahere immunditiam: quia ſemper eſſe debebant parati ac ritè diſpoſiti ad ingreſſum Tabernaculi, ſacrificiorum oblationem, & rerum SacroSanctarum contactum: vnde non dixit: Sacer- II.
dos non interſit mortuorum funeralibus ſed: Diſcrimẽ
*Non contaminetur Sacerdos*. Quamobrem pec- inter Sa-
catum fuiſſet in Sacerdote illis aſſiſtere, quod cerdotes
in ſæcularibus peccato vacabat, quamuis aliquan- veteris &
to tempore cenſeretur immundus. Perpende nouæ le-
legis veteris cum noua & Euangelica differen- gis.
tiam. In illa, qui omnium longiſſimè abeſſe debebant à mortuorum iuſtis, erant ipſi Sacerdotes; hic qui proximè aſſiſtere debent, illoque fungi munere, ſunt Sacerdotes, vt ait D. Hieron. Epiſt. 49.
de muliere ſepties icta, & conformat eius ſcho- Ibid.
liaſtes, Marian. Victor. etenim continuo aſſiſtunt, ab eo tempore quos quis ad vltimam tendit metam, donec ſepulturæ tradatur. Aſſociant illi corpus cum hymnis & orationibus, illud circumeunt thus adolendo, aquam aſpergendo luſtralem, terram illi ſuperijciendo, per hoc tamen, nulla polluuntur immunditia: defuncti quoque eorum iuuantur ſuffragijs, & viui conſolatione. Cæterum intelligant, quod ſicut lex erat illa vmbrarum & figurarum, illam ſtatuens in corpore mortuo peccati, diligentiam denotat, quâ Sacerdotes Euangelici (quorum illi figuram præferebant) ſibi deberent cauere, ne ſeipſos aliquo peccato polluerent nec non aduerterent, quod ab aliquibus imperfectionibus, quæ ſæcu-

ſaribus indulgentur, eſſe debeant illi adeo liberi & prorſus alieni, ſicut à morte, ob dignitatis ſuæ reuerentiam. O Sacerdotes, ecce quantam à vobis Deus exigat vitæ puritatem vt nedum tangatis, neque manum extendatis ad peccatum, ſed nec ibi adſitis, vbi illud committitur, & inuenitur; quid adhuc? nec illud videatis.

Secundùm eſt: Hic funebris comitatus, honor erat poſtremus, quo viui poterant defunctum proſequi, eum de domo ſua deferre, ad ſepulturam efferre, eique terræ mandato valedicere: *Defunctus efferebatur*, quo facto quiſque ad propria reuertebatur cum vltra ad ſepulturam nihil ſupereſſet perſoluendum. Hic terminatur & finem accipit, quidquid tibi poteſt mundus impertiri, & ſummum quo veſtra poteſt gloria, terræque

III. Honor ſupremus dicitur vltimus.

honor aſcendere. Idcirco dicitur: *Honor ſupremus*, id eſt omnium vltimus, quo te poteſt, mundus honorare. Non eſt quod amplius ab illo tibi faciendum exſpectes. Propoſuit Dominus Iob vt præclarum omnipotentiæ ſuæ opus, quod ſuis pelagus oſtijs, terminiſque concluſiſſet ſic vt ne puncto quidem extra queat proſilire vbi furentes

*Iob 38.8.*

illius fluctus confringuntur: *Quis concluſit oſtijs mare &c. Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixi: Huc vſque venies, & non procedes amplius, hic confringes tumentes fluctus tuos.* Eſt homo mare tempeſtuoſum, inquietum: *Quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Terminos habet ſatis anguſtos, à Deo ſibi conſtitutos, quos ipſe Iob expoſuit: *Breues dies

*Iob 14.5.*
*Eccl. 40.1.*

hominis ſunt, &c. Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Et Salomon: *A die exitus de ventre matris eorum, vſque ad diem ſepulturæ.* Terminos expende: ventrem matris tuæ, & ſepulchrum. Inter illos terminos fluctuat mare turbulentum, & ſpumoſum. Quæ cogitatione ſuperbæ, quæ tam inſolentes ambitiones? quis pecuniarum conquirendarum terminus? quis finis honores ambiendi? quàm arrogans hic Nobilis, inſtar vndæ à vento commotæ, vt terram cooperire velle videatur? quo faſtu matrona ſuperbior ingreditur? Incedito, incedito: ad terminũ enim accedens: *Hic confringes tumentes fluctus tuos.* Hic veſtra deſinet gloria, faſtus, maieſtas, diuitiæ, famuli, tapetia, comitatus. O quales in ho-

*Pſ. 92.4.*

minibus fluctus excitantur! *Mirabiles elationes maris*, ait Dauid, quantam ſuſpicimus in Principe maieſtatem? quantam in Titulato celſitudinem? quàm obſtipus incedit famulis, pediſſequis, nobilibuſque ſociatus? quanto numero lancearioru
m Regia prodit Maieſtas? eo vſque tantummodo protenduntur ad terminum ſcilicet illum terræ, ad ſepulchrum. Hic finem accipient, hic eliduntur omnes eorum diuitiæ, pompa, celſitudo, dignitas, Maieſtas, congratulationes, comitatus, te ſolo nudoque in ipſo ſepulchro derelicto: *Solus dimittitur* (verba ſunt D. Aug.) *Et quilibet ad propria reuertitur, & cito obliuioni traditur, tanquam mortuus à corde. Non eſt aliquis qui tantum amicum, vel cognatum diligat, quod per noctem vnam ſecum morari cupiat.*

*D. Aug. Ser. 40. ad fratres in Ere. To. 10.*

Nemo non admiratur argumentum his conſonum D. Chryſ. ad illa verba Pſalterij: *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cum interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.* Perpende, quam graphicè virum deſcribat mundi ſectatorem, qui ſe inſtat marini fluctus extollit, vt te abſorbere velle videatur. Ne timueris, vndam hanc licet inflatam videas: *Cum multiplicata fuerit gloria domus eius*: non ait cum exaltata fuerit, ſeu multiplicata gloria eius, ſed gloria domus eius: etenim gloria hominis eſt puritas conſcientiæ, ſunt diuitiæ virtutum, de quibus ſic Apoſtolus: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et de anima ſancta ait Spiritus Domini: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus.* De hac parum tales ſunt ſolliciti: omnis eorum hæc cura eſt, vt ſibi domorum ſuarum gloriam aſſequantur, id eſt, palatiorum, aulæorum, ſcriniorum, lectorum, redituum, diuitiarum prædiorum &c. Hoc; inquit Sanctus ille, ad domus tuæ ſpectat ſplendorem ac magnificentiam; verum interrogo te, quid hoc ad gloriam tuam, animæque tuæ conducit celſitudinẽ? *Gloria non hominis, ſed domus eſt columnæ mira magnitudine erectæ, adiunctis & inſculptis aureis capitellis, marmore incruſtati parietes, plena gemmarum omnia, grex ſeruorum auro fulgentium, magnus comitatus, ornata cubilia, &c.* Non hoc te perterreat, ſi fluctus hos videris inflatos & ſuperbos, gloria domus ſuæ ſubleuatos, ad terminos etenim accedentes diſſipabuntur, & in auras citius euaneſcent, ſic vt ne veſtigium quidem ſuperſit: *Cum interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. Conſidera eum in morte. Numquid ex ijs quæ hic ſunt, ſumit & abijt? Excedit è vita, nudus ſepelitur, nudus in miſerijs humatur, ſerui abeunt, &c. cura eſt iam nemini, &c. Vbi ſunt diuitiæ? vbi ſerui? vbi rerum ſpecies, & imago? vbi domus magna & nobilis? Te omnes deſerunt, te etiam vxor deſerit in vita, fontes etiam vermium eum exagitant, &c.* Quamobrem vt ante diximus, vocauit Iob ſepulchra, ſolitudines, de ijs locutus quæ ſibi Reges

*D. Chry. Habetur Tom. 1. poſt Pſalmorũ expoſitionem.*
*Pſ. 48.17.*
IV. Quæ ſit gloria hominis.
*2. Cor. 1. 12.*
*Pſ. 44.14.*
V. Quæ ſit gloria domus eius.
D. Chry. *Loco cita.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iob 3.14. ges ac Principes conſtituunt: *Qui ædificant ſibi ſolitudines*: quia in ijs ita ſoli remanent, vt nec amicus, nec cognatus, nec quidquam eorum quæ chara habent, illos comitetur, omnia hic remanebunt, amici etiam intimiores: nec quidquam tecum anferes niſi quod in eleëmoſynas expende-
Eccli. 17. 18. ris. *Sola miſericordia comes eſt defunctorum*, ait D. Ambroſ.

55 Celebranda eſt Spiritus S. ſententia, in multis Biblijs repetita, vt notat doctiſſimus Ianſen. *Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo*: quod biblia Sixtina legunt: *Quaſi ſignaculum cum ipſo*. q. d. Eleemoſyna iuſti, ſacculus eſt & ſignaculum quod ſecum hinc defert. Ab eo metaphora mutuatur, qui in longinquas debet proficiſci regiones vbi nihil ſit inuenturus, niſi quod ſua ſibi pecunia comparauerit. Cum ea ſecum deferre non poſſit, quæ domui ſuæ ſunt neceſſaria, ſacculum ſibi ſeu peram obſirmatam comparat, cui quoſdam aureos & argenteos inſerit
Prou. 7. 19 nummos, hanc ſecum comitem defert, eo modo quo altera de viro ſuo dixit: *Vir meus abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum detulit*. Eia frater grandis tibi reſtat via, nihil de domo tua deferri permittetur, eius autem gloria ad ſepulchrum vſque te comitabitur, ſacculum tibi prouide ſecurum, qui per frequentes ſit eleëmoſynas: hunc enim tantummodo tecum deferes: hic te per triſtes illas comitabitur regiones, hic à latere tuo fidus non diſcedet, donec te coram ſummo Tribunali conſtitutum defendat, ab omnibus derelictum. Hoc nobis conſilium Chriſtus ſuggeſſit apud Euangeliſtam Lucam:
Luc. 12. 33. *Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, &c.*

VI. Plures afferentur rationes luctus maternı. Tertium eſt: quod mater pullis induta defunctum lugeret filium, idque irremediabilibus perfuſa lacrimis, pluribus de cauſis quas expendit D. Gregor. Nyſſen. verba trutinans Euangeliſtæ, quas cenſet eſſe iuſtiſſimas. Prima ſit: quod iuuenis hic, filius eſſet: *Filius*, qui pluris ſit quam filia. Secunda, quòd vnicus eſſet: *Vnicus*, imo ſic vnicus, vt illius natiuitatē reliqui ſecluderentur: *Partus ſolum hunc in doloribus nouerat, ſolum hunc ſuis lactauerat vberibus*; inquit hic S. Doctor, Græco textui conformiter: Nomen enim quod Euangeliſta poſuit, *Vnigenitum* ſignificat: & domeſticè notum eſt, amorem matris ad vnigenitum adeo feruentem eſſe, vt eum Propheta Dauid ſtatuerit, quaſi ſupremum omnium, & amoris intentiſſimi regulam: quando ſuum declarans, quo ferebatur in Ionatham Principem iam defunctum ſic ait:
(L. de opificio hominis c. 26. D. Greg. Nyſſen.)

*Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam*. 2. Reg. 1. 26. Tertia quòd ætatis flore vernaret, vocarique poſſet: *Adoleſcens*: cuius iam inciperet conſuetudine delectari, cum inter adoleſcentes vrbis conſpicuus nobiliores, luſibus cæteriſque publicis intentum recreationibus, iamque accipiendæ vxori diſpoſitum: ita vt in illo ſolo mater obtineret, quidquid illam ſolari poterat aut exhilarare: *Quidquid oculis matris dulce pretioſumque ſuberat &c.* Quando namque tali defungitur tempore filius, totam ſecum abripit de corde materno lætitiam: vt illa declarauit, quæ ſimili dolens infortunio S. Eſdræ loquebatur. Quarta, quòd vidua eſſet: *Et hæc vidua erat*: & ex prædictis ætate grauis; quæ licet ſecundas tentaret nuptias, nullos tamen alios poſſet ſperare ſibi gigni filios; vnde ſpem omnem ſibi lugebat ereptam poſteritatis: hoc etenim ipſum, vt primum dolorem mulier illa ſapientiſſima Dauidi proponebat: *Quærunt extinguere ſcintillam meam, vt non ſuperſit viro meo nomen & reliquiæ ſuper terram*. 2. Reg. 14. 7.

Quis Iacob vidit Patriarcham filij ſui mortem audientem: cui cum vndecim adhuc viuerent ſuperſtites, tanto nihilominus ſe dolore cruciabat, vt nullum ſibi propoſuerit leuamen admittendum, ſed aſſiduis ſe lachrimis conficiens proteſtaretur, ſe ad ſepulchrum vſque illis fræna laxaturum. Hoc verbis illis indicat (interprete Ruperto.) *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum: id eſt cum vita mea finiam præſentem luctum*: & qui vitæ futurus terminus eſt vltimus; hic erit & lachrimarum. Quid ageret mulier hæc orbata filio vnigenito? Iuſtas habet plorandi rationes (ait Sanctus hic) quæ filium luget mortuum, eumque vnicum, cui ſit omnis ablata ſpes aliorum. Inſuper ex his licet colligere, quanto tibi rationes ſint prægnantiores, dum ſpiritum tuum conſpicis & animam peccato mortuam: hæc enim mors eſt, quæ hoc nomine abſolutè meretur inſigniri, quandoquidem in illa totum tuum eſſe comprehendatur: & ipſa vnica eſt, nec habes aliam: iſtaque perdita omnis in æternum tibi ſpes ablata perijt.
(Gen 37. 35. — VII. Quanto magis mortuam lugere debemus animam.)

54 Hanc rationem ex profeſſo tractat D. Chryſ. Attende (fatur) amice: *Pecuniam ſi perdas, poteris dare pecuniam, ſi domum, ſi mancipia ſiue quid aliud de ijs, quæ poſſides. Animam vero ſi perdas, non poteris aliam animam reddere*. Pro huius confirmatione ſic proſequitur eleganter: *Omnia nobis duplicia dedit Deus, duos*
(D. Chryſ. Ora. de anima quæ incipit: *Qui bonis operibus*. To. 5.)

cælos,

*oculos, duas aures, duas manus, duos pedes, vt ſi alterum horum læſum ſit, altero indigentiam releuemus. Animam vero vnam nobis dedit, quam ſi perdiderimus, quanam viuemus?* Ex his oratio
Pſ.21.21. Dauidis illa promanauit: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Illa namque perdita, cum vnica ſit, alia non ſupereſt ſupponenda. Eam à gladio libera cædente, & à cane deuorante: *A framea, à cane.* Præclara ſunt hæc peccati ſymbola, quibus illud exactè:
Eccl.21.4. nobis deſcribit Salomon: *Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum. Romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.* Domine, ſi plures mihi forent animæ, cito negotij expediretur difficultas, quam Iacob ſic expediuit; diuiſit enim armenta ſua bifariam: hoc
Gen.32.8. cogitans: *Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur:* Verum non niſi vnica mihi eſt, illa vero percuſſa, quæ alia ſaluabitur? Sanguineis eſt lachrimis deflendum, tam pauci te facere, vnicæ animæ tuæ mortem ſempiternam, & ſtudioſè perpendo, quanto tripudiet gaudio diabolus, ob hæc quæ quotidie peragis.

VIII. Abrahæ obedientiam cõmendat Deus.

In hoc maximè teſtatam voluit Deus toti mundo fidelitatem, qua ſeruus illi placebat Abraham, integerrimam, in prompta nimirum ſerui ſui obedientia, dum illi præcipit filium ſuũ in ſacrificium offerat holocauſti: totum hoc opus eo collimabat: *Tentauit Deus Abraham.* Ten-
Gen.22.1. tauit Deus illo mandato probauit: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi.* Dicto citius paruit Abraham, vt omnibus notum eſt. Iam ictum libraturo præcipit Deus manum vt contineat, atque ſic modo, cunctis innoteſcat, quam ſis mihi amicus ex corde perfectiſſimus: *Quia feciſti hanc rem.* Non videtur Deo ſuppetere nomen quo facti huius exponat altitudinem. Magnum facinus, à patre gladium ſtringi, ictum librari quo filio ſibi vnigenito ac chariſſimo caput amputet Deo holocauſtum. *Rem hanc:* Et hoc cum ita ſit, quòd alium ex alia vxore filium haberet putaretque Abraham filium à ſe interemptum mox fore à Deo
Heb.11.19. reſuſcitandum vt ait Apoſtolus, *Arbitrans: quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus*, nihilominus ita gloriatur Deus, ſe talem habere ſeruum: quia *Non pepercisti vnigenito tuo propter me.*

IX. Sed tales plurimos habet diabolus.

Heu Domine mi: quantas huiuſmodi diabolo miniſtramus occaſiones gloriandi, quod tantos tamque conſtantes habeat amicos ſibi conſecratos, qui non ſemel, ſed ſæpè ſæpius filium ſuum vnigenitum, id eſt ſpiritum ſuum illi mactant & gratum immolant holocauſtum? Hæc diabolus ſingulis iniungit hominibus: *Tolle filium tuum vnigenitum, & offeres ſuper vnum montium, quem dixero tibi.* Quid agere te credis, niſi diabolicam implere iuſſionem, quotieſcumque ad talis diuertis ædes, quas tibi demonſtrat impudicas, luxuriæ gladio hunc tuum obtruncas vnigenitum ſpiritus tui chariſſimum? quòd ad tabernas feſtines luſorias, & eum machæra trucidas periurij: in contractibus vſuræ gladio, & in ſuperbis tuis prætentionibus cultro iugulas ambitionis. Vtinam attenderes quotieſcumque primò primos in te ſentis inordinatos voluptatis, ambitionis, ſeu furti motus, diabolum eſſe qui hæc tibi ſuggerat. *Tolle filium tuum vnigenitum.*

IX. Portentũ eſt animã mortuam nõ deflere.

Vt prodigioſum ſtatuit Deus portentum, quòd vati Ezechieli vxor moriatur, nec ei funeris debitas ſoluas nænias; vnde qua nocte illa ex humanis diſceſſit, præcipit illi Deus, prodi in publicum, abſterge lachrimas, contine luctum, cunctiſque notifica vxoris tuæ diſceſſum, ſi quando tibi dixerint: fierine poteſt, vt hoc proſtratus infortunio, totus appareas lætus & excitatus? Illis reſponde, per hoc intendit Deus, vt portentum conſideretis omnino myſterioſum: *In portentum.* Heu quale portentum emori tibi animam, hanc tibi dilectiſſimam ſponſam, & ploratum te nullum edere, imò præ gaudio ſubſilire. Hæret attonitus Apoſtolus Paulus, ex eo quod Corinthi degeret vir ad impudicæ carnis vitia natus cunctiſque notiſſimus, nec tamen ſcientium tantum ſcelus vllus eum deploraret, imò paſſim in iocum riſumque verteretur. Quis credat, vt hominem videns anima mortua in viuo corpore, & rideas, nec in triſtes lachrimas, & ſingultus effundaris? *Sic inflati eſtis, & non magis* 1.Cor.5.2
*luctum habuiſtis?* Apoſtole ſerue Dei, ſi hoc tantopere mireris quantopere hoc obſtupeſceres, ſi ille ipſe, qui mortuam circumferens animam per plateas hilaris ambularet, & præ iubilo cordis geſtiens carmina modularetur? Igitur obſtupeſcant cœli, & ſancti mirentur animæ tuæ priuationem, & iniquitatem maximam, quia videns animam tuam mortuam ancipiti cæſam gladio: *Romphæa bis acuta peccatum*, nullum edis triſtitiæ ſignum, totus es in gaudia profuſus, frontemque explicas iucundiſſimus. Luge, plora, ingemiſce, ratio tibi ſuppetit prægnantiſſima.

Luxit & deplanxit Iephte, dum vnicam ſibi 355
filiam videret immolari, neceſſerat de ſpectantibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus qui ſibi temperare poſſet à lachrymis, non vnico tantummodo die; ſed lex ſtatuta fuit vt annuatim quidam conuenirent, vt funebres ederent planctus, lugerentque vnicam patri ſuo filiam immolatam: *Vnigenita filia ſua.* Quid tui muneris eſt &c.

Iud. 11. 39

D. Cypr. L. de lapſis

*Si quem de tuis charis* (audi D. Cyprian.) *mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter & fleres facie inculta veſte mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia mœroris oſtenderes, animam tuam miſer perdidiſti, ſpiritualiter mortua ſuperuiuis, hic tibi & ipſa ambulans funus tuum portare cœpiſti:* iam enim teipſum ad inferni defers ſepulturam, & *non acriter plangis, non iugiter ingemiſcis, non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abſcondis?* Hoc argumentum proſequitur D. Ambr. de flagitioſis locutus quorum corpora mera ſunt funera ſeu ſepulchra, quibus deferunt vel detinent miſeram animam, ac ſpiritum mortuum imò ſepultum. *Carnem ſuam ſicut tumulum circumferentes, cui miſeram infoderunt animam ſuam.* Alludit ad illud Senecæ quoſdam eſſe, qui priuſquam mortis debitum ſoluant, iam mortui ſunt illiſque poteſt (inquit) ad portam affigi ſcedula: Hic viuit talis: qui ſic ad mortem properauit, vt priuſquam ipſa mors accelerat, illam præuenerit: *Hominum licet in limine ipſo nomen inſcribas: mortem ſuam anteceſſerunt.*

XI. Dolendū eſt viuo corpore animam circūferri mortuam.

D. Ambr. Lib. 2. de Cain & Abel c. 6. To. 1.

Senec. Ep. 6.

XII. Mors animæ principalior.

Familiariter notum eſt, quòd homo conſtet anima & corpore: anima vero pars ſit principalis, ex qua primariam ſuam mutuat denominationem: vt luculenter probat D. Thomas: ſimiliter neminem latet animam à peccato occidi, cum gratiæ vitam adimat, vt alio loco probauimus. Igitur magis propriè dicetur quod homo moriatur, quando per peccatum anima moritur, quàm dum ex morte corporali corpus in terram proſternitur. Hoc præſupponens Dominus Epiſcopo Sardis per Ioannem Euangeliſtam ſuum denuntiauit: *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Si charum tibi lugeas defunctum, vel ereptum tibi filium, teipſum deplora veritate quippe maiori teipſum credere potes mortuum, quando peccaſti, quàm alterum quem cernis deferri ſepeliendum.

Apoc. 3. 1.

XIII. Peccator fleat ſe vnicū perdidiſſe Deum.

Eandem ob cauſam ad lachrimas luctumque obſtringitur peccator qui Deum perdidit: etenim eſt vnicus. Ingemiſcebat mœſta mulier ob vnici ſui diſceſſum in quo quidquid eam ſolari poterat, complectebatur: hoc enim mortuò nulla alterius ſpes vlla triſtem ſolabatur. *Filius vnicus.* Perpende ô Chriſtiane, Deum eſſe vnicum. Duo populi ſui volebat Deus inſculpta pectori: primum: quod in ipſo ſit omne bonum noſtrum, eſſe, vita, ſolamen, ſic hoc expreſſit, quando ſe Moyſi quis eſſet, declarauit: *Ego oſtendam tibi omne bonum.* Secundum: quod ſit vnicus. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt.* Nihil eſt autem in SS. litteris Deo magis exoſum, quàm à populò ſuo Deorum coli multitudinem: cuius D. Auguſtin. plures affert rationes: ſed hæc eſt vna præſtantior: quod per peccatum Deus amittatur. Si quis plures veneraretur Deos, parum illi referret ſi vnius iacturam pateretur: hoc enim amiſſo ad alium & alios conuerteretur, & ſi hunc pateretur aduerſarium, alium ſperaret habere protectorem. Hac fraude circumueniebat miſeros Diabolus Gentiles, omni peccatorum genere conſpurcatos: ſi namque quis per hoc gratiam vnius amitteret Dei quem offenderat: alium inueniebat ſibi propitium; quod ſi Iunonem irritaret, placabat Venerem: ſi Vulcano diſplicebat, placebat gratuſque erat Marti, ſi hic ab illò diſcederet, ille ſuppeterat & alij.



Exo. 33. 19.

Deut. 6. 4.

L. 1. de conſ. Euang. c. 17. & ſeq. Vide Ho. 27. §. 11.

XIV. Qua ratione diabolus multitudinem Deorum induxerit.

XV. Michas Deos ſuos æſtimat omne bonum.

Nihilominus nō hoc te prætereat, quòd Gentili cuidam contigit non ita Michas, teſte diuino eloquio: Deos ſibi quoſdam conflauit argenteos, quibus domi ſuæ ædiculam conſtruxit, inſtar oratorij. Illo abſente milites irruentes, auri cupidi, Deos illi abſtulerunt, & abierunt. Domum reuertitur, ad oratorium actutum redit (noſtræ hæc eſt confuſio negligentiæ, & eorum diligentiæ) Deos ſuos minime inuenit: cor illi nimia triſtitia langueſcit, & animo deficit, oculi fontes lacrimarum, foras proſilit exanimis milites anhelus inſequitur curſu quo poteſt velociſſimo, cœlum clamoribus terrirat, reuertuntur illi, percunctantur: quid rerum eſt quid clamas, quid ingemiſcis quid te pugnis cædis? Cui ille: Hoccine percunctamini? percunctemini quomodo medius non præ mœrore diſrumpar, *Deos meos quos mihi feci, tuliſtis, & Sacerdotem, & omnia, quæ habeo, & dicitis, quid tibi eſt?* Hoc primum conſidera multos ſibi conflaſſe Deos; vt ſi eum hic deſereret, alius fidus remaneret. Hoc ſecundum attende, quod ipſe ſibi illós feciſſet: *Deos meos quos feci mihi*; & qua facilitate illos effecerat, poterat alios & alios eâdem operâ conflare. Hoc tertium reuolue, quod nihilominus ablatis his dijs iudicaret cum illis ſibi, quidquid habebat boni, pariter auferri, nihilque ſibi in domo, quo ſe mœſtum leniret, vltra ſupereſſe. Hoc iudicat dum ait: *Deos meos quos feci mihi, &c. omnia quæ habeo.*

Iud. 17. 24.

Quam hoc ſummopere conueniret, vt doleret grauiter Chriſtianus, quando perambulans animæ ſuæ oratorium inueniret ſibi per peccatum ablatum eſſe Deum, quod ſine Deo remaneat, & quidem vnico: nam illo perdito, alius non ſupereſt placandus, non alius ad quem conuertatur:

*Deut. 32. 39.*

*Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me.* Quia vero Deus vita eſt, ſalus,

*Hom. 13. Nu. 3. vſque ad 8.*

lux, via, requies & omne bonum, illo ſibi deficiente illo diſcedente, illo ablato, vera ſibi deficiente, illo diſcedente; illo ablato, vera ſibi deficiat vita, ſalus &c. vt diximus ad illud Domini: *Et tu Iſrael ſerue meus.* Prævidet Propheta loci hoſtium irruptionem, qui diuini templi prædarentur altare, ſuper quo nullum amplius offerretur ſacrificium: & triſtes inclamat noenias:

*Ioel, 1. 13.*

*Accingite vos & plangite ſacerdotes, vlulate &c. cubate in ſacco &c. quoniam interijt de domo Dei veſtri ſacrificium, & libamen.* Quos ederet ploratus, ſi videret huic templo Deum omnino deficere? ô chariſſimi, plangite, plorate, vlulate, quòd vobis deficiat Deus vnicum & præſtantiſſimum animæ veſtræ bonum.

## §. 17. Miſericordia motus ſuper eam. *Pio conuenit cordi moueri miſericordia: Deus viduarum miſeretur, ob earundem ſtatus calamitates, & dignitatem, ſi tales ſint quales eas eſſe par eſt.*

☞ 56

I. Stoici docent affectionem repugnare magnanimitati.

Quam cum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam: dixit illi: Noli flere.* Cor eius viduæ lachrimæ penetrarunt, & viſcera pio vulnere lancinarunt. Refert D. Auguſt. errorem Philoſophorum Stoicorum, cuius principalis auctor fertur fuiſſe Zenon: videlicet cor ſapientis nulla de cauſa moueri debere affectibus vel paſſionibus triſtitiæ, compaſſionis, timoris, iræ, gaudij, &c. Arguebant enim hoc ex quadam cordis deſcendere infirmitate: credebant autem affectus tales debilis animi eſſe infirmitates, quo etiam nomine illos nuncupabant.

*L. 9. de Ciuit. c. 4. & l. 14. c. 9.*

*L. 4. Tuſculan.*

Huic errori adhæſit Cicero, cumque conatus eſt confirmare ac declarare, dicendo: ſicut enim tunc dicitur homo ſanus, quando cordis motus ita intemperatus eſt, vt pulſus ex nulla alteretur occaſione, ſed vno ſemper perſeuerat conſtans ſtatu: ſic etiam ſanus dicitur eſſe ſpiritus, quando eadem ſemper eſt diſpoſitione ſtabilis, ſic vt eum ab hac nihil in rerum natura valeat immutare. Si ſpiritus (inquit) in illo eſſe quod habet ſanus dicatur, quodcumque illum ab eo dimouebit, eum infirmabit: eo modo quo corpus in ſtatu ſalutis optatæ conſiſtens, quocumque illud in eo perturbat, idem infirmabit.

Probat autem D. Auguſtin. errorem hunc eſſe inhumanum, eumque conuincit ex principijs philoſophiæ ſapientiæ puteus D. Thom. taliquе cenſura perſtringit eum D. Paulus vt notat D. Chryſoſt. expendens quod in illo catalogo quem de ſceleribus conſcripſit Philoſophorum ſuperbientium & ingratorum, hoc vltimum ſtatuerit vt profundam perditionis abyſſum, quod pectus & cor habuerunt nullo humano præditum affectu: itaque quòd Philoſophi Stoici ſupremam cenſebant ſani animi dignitatem, Apoſtolus vt extremam reprobæ gentis execratur iniquitatem de illis ſic locutus: *Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c. plenos inuidia &c. ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia.* Eo nequitiæ deuenerunt, vt nulla moueret eos affectio, nulla leniret miſericordia, nullus excitaret affectus: *Sine affectione abſque fœdere, ſine miſericordia.*

*1. 2. q. 24. a. 2.* *Hom. 5. in Epiſt. ad Rom.*

II. Illos arguit D. Paulus

*Rom. 1. 29*

III. Aliud eſt affectus, aliud affectio.

Differunt inter ſe affectus & affectio: equidem affectus ſe ad quoſlibet animæ motus extendit, vt bonos ita malos: ita vt motus animæ tam in ordine ad bonum, quàm ad malum, dicatur affectus: cæterum affectio propriè motus eſt amoris naturalis, quo parentes erga filios & filij erga parentes afficiuntur; & hanc Græci vocant στέργη & hinc tranſlatum eſt nomen vt quemcumque ſignificet amoris motum naturalis, quo ferimur erga compatriotas, eiuſdem regni ſubditos, eiuſdem ciuitatis oppidanos. Hiſpani hoc dicunt *tener afición.* Vnde ſequitur iuxta D. Anſelmum quod aliquem affectione nulla teneri, idem ſit ac nulla habere viſcera pietatis, quæ cæterorum amore moueantur ad aliquid, quod eorum ſpectat remedium, ſolamen, & lenimentum, ſed quòd illis cor ſit edurum, lapideum, ferale, nulla pietate beneuolum. Et hoc ipſum dicit Spiritus S. *Viſcera impiorum crudelia:* q. d. viſcera ſunt illis duriora, quæ nullo mouentur pietatis affectu; *Sine affectione.* Non hic ſiſtit, ſed addit: *Abſque fœdere:* q. d. naturæ leges præuaricantur quibus confœderantur, & inter ſe coniunguntur qui ſunt eiuſdem ſpeciei: *Omne animal diligit ſibi ſimile.* Hoc quod etiam in animalibus ratione non vtentibus exactè ſeruatur, in ipſis non cuſtoditur, tanta quippe eſt quorundam hominum durities ſæuaque crudelitas: *Sine miſericordia.* q. d. Non

*Eccl. 13. 19*

deant

commouentur eorum viſcera, licet proximi videant aduerſitates vt illis ſuccurrant eorumque ſubleuent benignè calamitates. Et in rei veritate

IV. Miſericordia naturæ donum eſt. ſi D. Anſelmo credimus, illis deficere videntur omnes humanitatis pietatiſque termini. Et vt ait D. Chryſoſt. *Naturæ donum amiſerunt*, iuxta quod illa videntur pietate deſtituta; quæ etiam animalibus ferocioribus pro ſeipſis videtur eſſe

*Hom. 5. in Epiſt. ad Rom.* conceſſa. Deinde vltimo perpende quòd corda habeant vt lapidea abſque omni amoris ſeu compaſſionis miſericordiæ affectu, vt illos miſeriæ haudquaquam moueant alienæ. Hoc ita, teſte D. Chryſoſto. ipſi repugnat naturæ, vt ipſa demonſtrant animalia, nam ipſos videmus canes vlulantes, & ingemiſcentes, dum illis quis catulos furtim abſtulerit.

V. Deus pietate mouetur. Quinimo etiam olim quando Deus nondum carnis viſcera corque aſſumpſerat humanum, qualiter ſe oſtendit ſua moueri miſericordia noſtras contemplatus miſerias? Sic illum audio per

*Hiere. 31. 20.* Hieremiam commotum: *Conturbata ſunt viſcera mea ſuper Ephraim miſerans miſerebor eius, ait Dominus.*

*Oſe. 11. 18.* Similiter per Oſeam Prophetam: *Conuerſum eſt in me cor meum: pariter conturbata eſt pœnitudo mea, non faciam furorem animæ meæ, &c. quoniam Deus ego ſum, &c.* Non hoc dixiſſe putandus eſt, quaſi realiter paſſionibus regatur, aut propriè conturbetur alterationibus, & quantum ad affectum ſed quantum ad effectum, vt aiunt Theologi, quo miſeriarum ſubuenit remedio, tali accurrate diligentia, quali qui ſimilibus mouetur teneturque affectibus. Nunc autem quando realiter vereque cor aſſumpſit humanum, carneum non lapideum, verè ac realiter compaſſus eſt, & conturbata ſunt eius viſcera pietatis, ſicut mulieris illius, quæ cernens filium ſuum in duas partes gladio diuidendum: *Commota ſunt viſcera eius ſuper filio ſuo*: & in hac occaſione multiſque alijs illud impletur quod dixit de eo Moyſes, quando illi præoſtendit, quos daturus eſſet per mundum greſſus: de illo etenim dixit (iuxta lectionem vulgatam) *Dominator Domine Deus miſericors & clemens*: Multi enim ex

*3. Reg. 3. 26.* Hebræo legunt: *Deus commotus*. Ecce quod hic dicitur: *Miſericordia motus ſuper eam*. Erant eius viſcera fontes miſericordiarum, & potiori iure ſibi illud Iob vſurpare potuit:

*Iob 31. 18.* *Ab infantia mea mecum creuit miſeratio, & de ventro matris meæ egreſſa eſt mecum*. Non enim hoc fortitudini aſcribatur, non cordis magnanimitati inſtar lapidis obdureſcere, nulla moueri triſtitia, nullas in alienis aduerſitatibus effundere lachrimas, non dolentibus compati, ſed duritiæ & crudelitati. Vt ait Salomon: *Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas: viſcera autem impiorum crudelia*. *Prou. 12. 10.*

VI. Viſcera impiorum crudelia.

Catello miſeretur iuſtus, dum eum cernit rabidum: impius obdurata ſua demonſtrat viſcera, dum nec proximo quidem miſeretur laboranti: Cor durum eſt, nullo charitatis humore molle, nullo dilectionis, affectionis, & compaſſionis teneritudine beneuolum: *Sine affectione, ſine miſericordia*. Clauſa ſunt ei viſcera, teſtatur D. Ioannes & præ nimia malitia obſecrata, vt ea quas videt neceſſitates, minime peruadant: *Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* *1. Ioan. 3. 17.* Repugnant charitas & malitia; hæc cor frigore conſtringit, concludit, & obſerat, vt nullis ſit pauperum gemitibus, viduarum lachrimis, nullis inquam petitium vulneribus infirmorum, illis ſimile contra quos non leues Dominus per Prophetam Amos deponit querimonias: *Et nihil patiebantur ſuper contributione Ioſeph*: *Amos 6. 6.* nec diuite illo immitiores epulone: quod ipſum in te verificatur, qui dum pauperem cernis afflictione proſtratum viduam graui perſecutione contritam, pupillum petentem, & inopiâ laborantem ac te præſente languescentem, nulla tibi cor mouetur compaſſione, ſed lapide durior tranſis immiſericors: vt heri diximus. Charitas autem cor accendit, & dilatat, vnde facilius, quas cernit aduerſitates, illud penetrant, vlcerant, & lancinant; quo fit vt lachrimæ defluant compaſſionis, quæ cordis ſanguis appellantur.

57

VII. Chriſtus cor habuit pietate commotũ.

Seipſum deſcribit Apoſtolus: *Cor noſtrum dilatatum eſt, &c. quis infirmatur & ego non infirmer? &c. Charitas enim Chriſti vrget nos.* Contemplare Chriſtum, quanto cor eius igne charitatis ardebat, & ita dilatatum patebat, vt per illud Magdalenæ Marthæque lachrimæ admittantur, earum ſunt illi moleſti gemitus, ſic vt ipſe lachrimas fundat vberiores

VIII. Duo ſunt ſtatus miſerabiles viduarũ, & pupillorum.

vt mane dicendum erit, nec non viduæ ſingultus planctuſque peruadunt: *Miſericordia motus ſuper eam*. Duabus de cauſis. Prima ſit: ob anguſtias quibus eam cernit obrutam: obiectum etenim miſericordiæ ſunt miſeriæ, tribulationes, & calamitates. His multis afficitur viduæ ſtatus: ſufficit enim videre mulierem habitu



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contectam viduali, vt omnes eam præſumant obruere calamitates, & cateruatim in eius irruere domum, eò quòd eam omni videant auxilio deſtitutam. Inter omnes huius vitæ neceſſitates ac miſerias, duæ præ ceteris videntur eſſe grauiores: quarum vna hæc eſt quam ſtatus patitur viduarum: altera ſpectat premitque orphanos. Attentè perpendantur neceſſitates, quibus anguſtiatur pupillus, puer paruulus, cui pater materque obierunt: nec non viduarum marito per

IX. Quid pater filio, & vir vxori.

mortem ablato. Horum aliquid intelligitur quantis opprimantur & excrucientur miſerijs ac neceſſitatibus, ſi mente reuoluamus quid ſit pater filio, & vxori maritus. Pater eſt, qui dat eſſe, vitamque filio: ille qui theſaurizat cumulatque nummos, quibus filium diuitem heredem inſtituat: pater eſt, qui filium protegit, qui præbet alimenta, qui gubernat qui per viam dirigit ſecuram, quique filio refert plurimum: ſi filio pater deficiat, illi, vt ita loquamur, omnis boni deficit principium. Maritus ſeu vir reſpectu mulieris, eſt velut caput reſpectu

Ephe. 5. 23

corporis, de quo ſic Apoſtolus: *Caput mulieris vir.* Caput eſt ex quo, velut ex principio, motus omnes procedunt corporis, eiuſque ſenſus: ipſum eſt quod corpus dirigit, & defendit, ita ita vt deficiente corpori capite, ipſum truncum remaneat & inutile: qua de cauſa corpus Holofernis abſciſſo eius capite *truncum* appellatur.

Non modica corpus premit miſeria, cui caput deficit: & hæc eadem mulierem torquet, cui maritus per mortem abceſſit. Datus eſt mulieri vir vt eam gubernet, dirigat, defendat,

Gen. 3. 16.

X. Mulier in omnibus dependet à viro.

protegat, amplectatur, cui proinde Deus ſicut ex tranſlatione lego Septuaginta: *Ad virum tuum conuerſio tua*: quia in ijs omnibus, quæ mulieri agenda incumbunt, ſemper oculos ſuos ad virum debet dirigere, eumque intueri: ipſe etenim eſt, qui eam monet, diligit & protegit. Iam in principio diximus virum à Deo conſtitutum, vt vxori in cunctis eſſet neceſſitatibus, cuiſque refugium; ſic primææ dixit mulieri. *Ad virum tuum conuerſio tua.* Hic ſi defuerit: ſic omne mulieri deeſt auxilium, vt omnia deſint illi, nihilque habeat à quo vidua deſolata protegatur. Expendit noſter Pagninus, quod vidua in Hebræo dicatur Almana

In theſauro pa. 107

à verbo Alam quod duo ſignificat: *Colligere & obmuteſcere*: equidem viduitas duo hæc in vidua efficit: colligat enim eam, ne ſe extendat ad recreationes, choreas, ceruſſas, ornamenta corporis: deinde muta redditur taciturna, & ab omni colloquio ſit aliena, quaſi obmuteſceret, quod vnico verbo comprehendit Apoſtolus: *Vidua deſolata*: q. d. omni priuata ſolamine, quo ſe vertat ignorans. 1. Tim. 5. 5.

XI. Deus protector viduarũ & teſtis.

Ex præfatis liquidò colligitur cur tanto Dominus ſtudio earum complectatur defenſionem: etenim illic tanto ſerius ac diligentius diuina ſubuenit miſericordia, vbi grauior vrget inopia premitque neceſſitas. Vnde in SS. litteris deſcribitur vt defenſor earum ſingularis, vt qui omnia earum negotia in ſe curanda ſuſceperit. Nomen vehementer admirer, quo eum Elias Propheta compellat: vt enim vidit mulieris viduæ Sareptanæ filium obijſſe ad Deum ſupplex confugit: & vbi vulgata noſtra lectio habet: *Domine Deus meus etiamne viduam, apud quam ego vtcumque ſuſtentor, &c. afflixiſti.* 3. Reg. 17.
legunt Septuaginta, quorum lectionem ad 20.
rem expendit D. Auguſtin. *Heu mihi Domine,* L. 2. qq. ad
*teſtis huius viduæ, &c.* Propriè teſti conuenit Simpl. q. 5
ad ea attentum eſſe, de quibus teſtatur, & ea fixis oculis intueri. Domine, qui fixa viduam hanc acie intueris qui conſpicis attentus quis illam offendat, quis contumeliam faciat, qui lachrimas eius conſideras & aduerſitates. Nouerat viduas primum apud Deum habere locum inter ea, quæ Deus in ſuam ſuſcepiſſe declarat protectionem. Ad diuinam hoc ſpectat prouidentiam illi ſubuenire defectus ſupplendi ad pullos vſque coruorum, dum illis parentes in alendo deficiunt. Vir viduæ deficit, nullum habet protectorem, ad quem ſpectat mulieri conſulere, ſupplet Deus eius locum: proinde voluit vt eius nomine hæc fieret populo intimatio, quam expendit Diuus Chryſoſtomus. *Viduæ & pupillo non nocebitis.*
*Si læſeritis eos vociferabuntur ad me: & ego* Ho. 69. in
*audiam clamorem eorum & indignabitur furor* Ioannem
*meus: percutiamque vos gladio, & erunt vxo-* Exo. 22. 22
*res veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.* Hoc tibi notum ſit in me vos peccare qui viduas & pupillos opprimitis: nam his deficiente patre, & illi viro: non ego eos perire ſinam; ſiquidem meæ ſunt traditi protectioni.

Sequitur hanc rationem Angelicus Doctor
probatque ex Apoſtolo: *Quæ vere vidua eſt,* 58
*& deſolata, ſperet in Deum, & inſtet orationi-* 1. 2. q. 65.
*bus & obſecrationibus nocte ac die.* Illa conie- a. 4. ad 5.
ctio, *Et*, phraſi ſcripturæ ſignificat, *id eſt*, 1. Tim. 5.
quia primus terminus per ſecundum exponitur

ſicut

ſicut illud de pſalterio: *Inops & pauper ego ſum:*
Pſ. 85. 1. Pſ. 96. item & illud: *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia:* Pars etenim ſecunda primam explicat: *Quæ verè vidua eſt.* Quid eſt eſſe viduam? *Deſolata.* Quid eſt deſolata? Luculenter hoc exponit D. Auguſt. Erat Proba vidua vt ipſe teſtatur, illuſtri ſanguine clarior, diuitijs, famulorum grege, ac familia multa nimis illuſtrior moritur illi vir. Ilico ſe viduam agnouit, decreuit, vt illa Iudith, vitam ſuam oratorio conſecrare, ea intentione litteras dedit D. Auguſtino, deprecans vt congruam illi precandi formulam præſcriberet. Reſpondet D. Auguſt. *Quam me lætificauerit iſta petitio tua, verbis explicare non poſſum.* Etenim intellexerat, quod illud agendum ſuſciperet quod Apoſtolus verè viduæ ac deſolatæ commendabat: *Quæ verè vidua eſt & deſolata: inſtet orationibus.* Hoc quoque proprium eſt munus, hoc exercitium veræ viduæ ac deſolatæ. Si quæſieris à me quid ſit *deſolata*, deſtituta, ſolitaria? Reſpondeo nequaquam intelligi, de turba famulorum, ancillarum, ac familiæ: quinimo viduæ primariæ multiplici ſimili conſtipantur comitatu ſed de conſolatione: vera namque vidua nullam in temporalibus oportet, vt accipiat; hoc eſt *Deſolatata ſine ſolatio.* Omne quippe eius ſolatium à ſolo debet Deo dependere nec illi conueniunt choreæ, recreationes, nuntia, ſcedulæ, diuerticula iacturaque temporis. Hoc eſt deſolata: prout Hieremias declarat in perſona vrbis, Hieruſalem à Chaldæis deuaſtatæ:

XII. Vidua inſtet orationibus. Epiſt. 121 ad Probā viduam. Tom. 2. D. Avg.

Thren. 1. 13. *Poſuit deſolatam:* hoc eſt in terra vbi ad quem me conuerterem habui neminem. Vidua à ſolo ſibi ſperet Domino ſolatium: *Deſolata eſt, etiamſi magna circumdata ſit familia: quia nihil ſibi debet eſſe ſolatio, niſi Deus ipſe.* Ex his patet, perpetuum hoc eius eſſe debere ſtudium, ad Deum confugere: vnde ſic conſequenter ait: *Quamuis ad omnia membra Chriſti orare pertineat, ſpecialiter tamen diligentior cura orationum in ſcripturis eius viduis videtur iniuncta.* Sanctiſſimam conſidera Iudith. *Erat autem Iudith relicta vidua, & in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, habens ſuper lumbos ſuos cilicium &c.* O præclarum deſolatis viduis exemplum. Piiſſimam Annam contemplare de quo S. Euangelium tale perhibet teſtimonium. *Non diſcedebat de templo ieiunijs & orationibus ſeruiens nocte ac die.*

D. Avg. XIII. Vidua ſperet in Deo. Iudith. 8. 3.

Luc. 2. 37. D. Avg. Tom 2. Vt autem hoc tibi liquidò conſtet, notandum eſt, (inquit D. Auguſtin.) quod *Dominus cum ſemper ad orandum, & non deficiendum nos hortaretur, viduam commemorauit, quæ licet iniquum & impium iudicem, & Dei ac hominum contemptorem ad audiendum cauſam aſſiduè interpellando, conuertit. Quam ergo præ cæteris viduæ vacare debent orationibus, ſatis hinc intelligi poteſt, quod omnibus ad ſuſcipiendum orandi ſtudium, de viduis propoſitum eſt exhortationis exemplum.* Hoc igitur eſt veram eſſe viduam, ab omni terreno deſtitutam eſſe ſolatio: *Vidua & deſolata.* Hoc dato nouerit eo ipſo caſu apertas ſibi eſſe Dei portas, necnon hoc iure gaudere. vt in illum omnem ſuam conijciat mœſta fiduciam: idcirco perpetuis vacet orationibus nocte ac die, qualibet occaſione, vel quauis afflicta tribulatione. An illi vir ad quem conuertatur, deficit? Hoc firmiter teneat, Deum in eius locum ſibi eſſe ſubrogatum &c. Ex prædictis longum proſequitur D. Ambroſ. argumentum, L. de viduis.
varia proferens loca, quibus Deus viduarum in Iſai. 1. 18.
ſe ſuſcepit protectionem, illam præſertim. *Defendite viduam, & venite & arguite me &c.* XIV.

Secundam adfero cauſam, ex qua Deus tanti faciat viduitatem. Tractatum compoſuit Diuus Ignatius de Virginitate, quo declarat, tanti coram Deo non haberi viduitatem vel continentiam, quanti virginitatem, ſed poſt hanc ſatis proximè ſuccedere, per quod modo ſingula Deus oſtendit quàm digno loco viduas habeat. Ilico natus in hoc mundo, quamuis voluerit per matrem virginem adduci in templum, voluit attamen vt huius gaudij primitijs celeberrima illa vidua Anna frueretur filia Phanuel, eius gaudij conſorte S. Simeone; quam & elegit in primam illorum cœleſtium prædicatricem arcanorum: qua de cauſa eam D. Ambroſ. nuncupat: *Diuinorum operum prænuntiam;* pariter expendit, quod ſi ad Virginem eminentiſſimum miſerit Archangelum Gabrielem, ad viduam Sareptanam eminentiſſimum deſtinauit Prophetam Eliam: & ſicut Elias, quamuis non erat Angelus, proximè tamen erat Angelis conferendus, adeo ſpiritualis, vt curru raptus igneo in terreſtrem meruerit transferri paradiſum: ſic & vidua, dignitate, concedo quamuis non fulgeat virginali, illi tamen quam proximè cenſetur eſſe cognata: *Vide quemadmodum propria ſingulis gratia reſeruetur: Angelo ad virginem, propheta ad viduam: Gabriel ille, hic Elias, vt ex Angelorum, & Prophetarum numero, præſtantiſſimi Principes videantur electi.*

Dignitas vidualis expenditur.

L. de viduis.

D. Am. tom. 4.

☞ 59 Eam ob cauſam coniunxit Apoſtolus notante
1.Cor.7: D.Chryſoſtomo virgini viduam, dum ait: *Mulier*
34. *innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt vt ſit*
Habentur *ſancta corpore & ſpiritu.* Per innuptam intelligit
Tom.5. continentem: cuius intuitu duos edidit tractatus
ad fin. nobiliſſimæ dedicatos mulieri, quæ cum paucis
annis coniugata viro ſuo vixiſſet nomine The-
raſio (quem ſanctum inſcribit:) vir ex hac vita
emigrauit, ipſa verò vidua ſuperſtes manſit ætate
iuuenis: vnde ab eo dicitur *Vidua iunior.* Vt au-
tem autem eam ſoletur ac conſtantiam illi hoc
in ſtatu perſuadeat, de præcellentia agit vidui-a-
tis, quanti Deus illam æſtimet, quamque ſit na-
turæ legibus eminentior, & Gentilibus ad mira-
culum. Ad eius confirmationem refert quod cum
adhuc minorennis ſcholas frequentare Rhetho-
ricæ, quodam die à Præceptore interrogatus fue-
rit quod annorum eſſet, & quinam eius paren-
tes. Reſpondit, viginti vnius annorum: patre ſe
orbatum iam à viginti annis, cum ipſe vnius anni
infans eſſet, matre nouemdecim annorum re-
licta vidua, nunc quadraginta annis vidua perſe-
uerante. Vehementer obſtupuit Præceptor: erat
etenim Gentilis, & ad omnes diſcipulos ſuos con-
uerſus, ſic ait: *Clara voce clamauit: En quales*
*mulieres apud Chriſtianos ſunt. Tanta non modo*
D.Chr. *apud nos, ſed & apud Gentiles viduitas laus eſt,*
Tom.5. *& admiratio.*

Deinde D. Ambroſius hoc proſequitur argu-
L.cit. mentum ex donis & gratijs quibus Deus viduas
honorauit Noëmi, Iudith, Debboram, ſo-
crum D. Petri de qua hoc expendit: quòd Do-
minus domum eius intrauerit eam benigne vi-
ſitaturus. *Viſitare viduas non dedignatur.* Sed
hoc non niſi de veris intelligitur (inquit) vi-
duis: de quibus Apoſtolus præcipit: *Viduas hono-*
D. Amb. *ra quæ verè viduæ ſunt:* Si verò ſcire deſideres
Tom.1. quas hoc nomine dignetur: ipſe ſeipſum expli-
1.Timot.5 cat. illæ videlicet, quæ ſolitudinem diligunt,
3. perpetuis inſtant orationibus, ſilentij ſunt ſtu-
ſtudioſæ, inceſſu graues, abſtinentia laudabi-
les, vitaque irreprehenſibiles. Attende (ſcri-
bit Timotheo ſuo Paulus) & illis inſinua, ve-
ris hoc viduis conuenire, moribus ſic eſſe com-
1.Timot.5. poſitas: *Vt irreprehenſibiles ſint.* Mirabile ver-
7. bum. Non parum ſtupet D. Hieron. Apoſto-
lum ab Epiſcopo requirere vt irreprehenſibilis
ſit: hoc enim eſt, ac ſi præcipiat vt nullo
Vide ſupra vitiorum, aut imperfectionum ſit genere redar-
Hom.15. guendus: qui namque licet exigua, notatur
n.38. imperfectione, reprehenſibilis erit, & ipſe Apo-
Galat.2. ſtolus D. Petrus quadam, occaſione talis talis
11. erat, ipſum arguente D. Paulo: *Quia reprehenſi-*
*bilis erat:* Si hoc in Epiſcopo ſupremum ſit, qui
ſtatum profitetur perfectionis, quid erit dum hoc
ipſis viduis ab eodem iniungitur: *Præcipe vt ir-*
*reprehenſibiles ſint.*

## §.18. *Ex ratione dicit illi.* Noli flere: *præſen-tem enim habet eum, qui filium ad vitam re-uocabit; ſeruit hæc ratio conſolationi in morte noſtrorum.*

60 ☞
DIxit ille *noli flere.* Miſertus eſt Chriſtus
huius viduæ, eiuſque lacrymarum: pluri-
mum enim valent ad cordis viſcera per- Eccl.35.
mouenda. Harum effectum explicat Spiritus S. 18.
*Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, &*
*exclamatio eius ſuper deducentem eas. A maxilla*
*enim aſcendunt vſque ad cœlum, & Dominus exau-*
*ditor non delectabitur in illis.* Vt opinor hiſtoriam 1. Lacry-
tangit Cain: Profudit hic ſanguinem fratris mæ corã
ſui Abel fratricida, & quamuis in terram ille ce- Deo ſunt
cidiſſe videbatur, & ab ea abſorptus eſſe ac con- pretioſæ
tectus, multò tamen verius aſcendit vſque ad & effica-
cœlum contra percuſſorem grauiſſimas de- ces.
ponens querimonias, diuinumque pectus per-
mouit, & in homicidam prouocauit, vt
condignis tanto ſceleri pœnis plecteret fra-
tricidam: *Maledictus eris ſuper terram &c.* Gen.4.11.
Aduerte, precor, quid illi ſit timendum, qui vi-
duis lacrymas prouocat: non lacrymas, ſed
cordis ſui ſanguinem: videntur ad maxillam &
inde ad terram deſcendere: ſed hoc te minimè
lateat, quòd aſcendant vſque ad cœlum, Deique
pectus concitent, vt ab eas deducente meritum
ſumat ipſe ſupplicium: *A maxilla aſcendunt vſque*
*ad cœlum.*

En, huius viduæ lacrymæ, ad maxillam deſ-
cendebant, ſed aſcenderunt non minus quàm
ad cœleſte Chriſti Domini pectus, quem contra
mortem, rabidam lupam, excitarunt earum
auctorem, eo quod viduæ filium interfeciſſet,
& iam ad antrum ſuum abducebat, ſcili-
cet ſepulchrum: effectus hic eſt, quem et-
iam vt cras liquebit operatæ ſunt ſororum Ma-
riæ & Marthæ lacrymæ, & Chriſtum acriter
pupugerunt, vt de morte vindictam ſumeret:
vnde hanc viduam ſolatur: *Noli flere.* Abſter-
ge, precor, domina lacrymas: adſum enim
vindex in eum qui has tibi lacrymas excitauit;
mortem intelligo. Hæc autem vna eſt ratio, ob
quam illi Dominus ploratum interdicit. Vt
quid Domine, mulieri huic viduæ flere prohi-
bes? Quid enim conuenientius, quid ad eius
ſola-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

II. Oculos ad lacrymandum Deus creauit ad videndum.

ſolamen aptius quàm lacrymari? Aſſertum eſt Deum oculos velut feneſtras in corpore ſtatuiſſe, quatenus conſpiciens anima per has ea quæ foris ſunt contempletur. Nec non illos creauit, vt quidam eſſent canales, per quos emitteret, & foras eijceret per lacrymas cordis, cruciatus.

III. Similitudo.

Neceſſaria eſt naui anthlia, vt ex ſentina aquæ exhauriantur: fieri etenim aliter non poteſt, quin mare percurrens aquas non attrahat quibus oneratur, & ad ima deprimitur, certò ſubmergenda, niſi per anthliam ab aquis exoneretur; quocirca in ipſa componitur. Homo nauis eſt, mare ſulcans huius mundi tempeſtuoſum & amarum, & impoſſibile eſt ſuppoſitis tot turbinibus ac tempeſtatibus, nullas ſubintrare triſtitiæ, ac cordis doloris aquas, quibus præfocetur, & abſorbeatur. Nulla ad hoc paſſio ipſo mœrore potentior vt apertè notat D. Thom. varijs S. ſcripturæ locis. Modo dicit: *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi.* Nunc aſſerit: *A triſtitia feſtinat mors.* Et iterum. *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* D. Baſil. fusè diſputat, & idem per exempla multorum confirmat quoſdam præ nimia emori triſtitia, alios apoplexia percuſſos: alios infirmitate & paralyſi, quæ ſimiliter D. Thom. probat. Anthlia quæ aquas exhaurit: oculi ſunt, dum lacrymas emittunt. Qua de cauſa quando Sunamitis acceſſit, mare triſtitiæ & doloris, Eliſei pedibus aduoluta, cum eam famulus Giezi inde auellere conaretur, ait illi Propheta: *Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt.* Vnde prouerbium emanauit: (a) ex ploratu quies. Plures circumferuntur opiniones; quid primum omnium formetur in corpore humano: num cor, num cerebrum, num oculi: & veriorem eorum credo ſententiam, qui dicunt primò cor formari & cerebrum, in quibus eſt vitæ principium: ſed cum illis pariter formantur oculi, ita vt pro paſſu quo cor formatur, etiam formentur oculi: quia cor nullo magis indiget membro quàm oculis, non tantum ad videndum, quantum vt per illos exoneret, & mœrores ſuos pœnaſque exhaniat amariores: ploratus quietem tribuit.

1.2.q.37. a.7.
Prou.17. 25.
Eccl.38. 19.
Prou.17. 11.12.
Homilia 4 de gratia act.
1.2.q.38. a.3.
1.Reg.4. 27.
(a) Plorar para deſcanſar.
IV. Lacrymis cor alleuiatur.

Refert D. Auguſt. tantum fuiſſe dolorem, quem ex chariſſimæ ſibi matris contraxit obitu vt vereretur ne ex hoc extingueretur: verùm inter alia remedia ſibi occurrentia, nullum inuenit efficacius, quam vt cubiculum aſcenderet ſeque in lacrymas effunderet vberrimas: Illi namque videbatur, quod tantò cor eius amplius recreabatur, quanto ſe fletu macerabat copioſiori. Quocirca D. Ambroſ. videns ſororum eius oculos lacrimis madere copioſiſſimis, illas ſic affatur: *Non veſtras ſermonis mei penicillo abſtergam lacrymas: neque enim id facere vellem etiamſi poſſem.* Arguendi ſunt vt inſipientes, qui afflictum conſolaturi ex morte vxoris ſuæ, vel viri, vel filij, alijſque occaſionibus, aiunt illi. Noli flere, parce lacrymis: etenim ſtultus eſſet ille, qui cernens alterius manui carbonem imponi ignitum, diceret: amice, ne ſentias ardorem, ne teipſum aduras. An ergo, cum excutere à ſe non poſſit carbonem, poſſit manum ſuam non adurere? Si poſſes accedere, & carbonem tollere, facile poſſes, eius ardori ſubuenire. Non modicè moleſti fuerunt Iob amici eius: cum enim cernerent eum ſanie, doloribus, pœniſque ſupra modum afflictum: hoc illi ſuggerebant pro lenimine, macte animo, conſolare, & hæc non tam impatienti tolerabis animo. Quos onerofos arguit eſſe conſolatores: *Conſolatores oneroſi vos omnes eſtis; Numquid habebunt finem verba ventoſa?* Heu amici, quàm mihi graues eſtis, quàm ſunt mihi verba veſtra vehementer moleſta, nihil enim præter ventum aëremque continent. In Hebræo legitur: *Verba aëris*; nullius ſubſtantiæ: cum verum mihi non ſuppetant tergendo mœrori remedium. Heu quâtus eſt illorum numerus grauium conſolatorum. His ſcatet vbertim mundus.

🖙 61
L.9. Confeſſ. 12.
Orat. in obitu Valentin.
D. Amb. Tom. 1.
V. D. Amb. lacrymas noluit prohibere
IV. Nec ſunt prohibēdæ.
Iob. 16. 2.

Eximius ille prædicatorum primipilus Salomon ſic ait: *Vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem.* Qui fieri poteſt hoc? Nihil frequentius inuenies quàm turmatim omnes afflictum conuenire conſolaturos; dicendo Domine mi, Noli flere, ſat datum eſt lacrymis, ſupprime fletum. Sic eſt, ſed non veros eos noueris eſſe conſolatores, ſed oneroſos, quique dolorem eius exulcerent. Non poſſum ego matronæ nobiliſſimæ (ſic D. Ambroſ.) dolorem auferre veſtrum vnde nec licet, nec ratio ſuadet lacrymas ex fletu prohibere emanantes, & quamuis illas poſſem abſtergere non abſtergerem, per illas etenim cor ſuæ cauſam exhaurit triſtitiæ: *Eſt enim pijs affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerumque grauis euaporat dolor. Paſcunt frequenter & lacrymæ, & mentem alleuant. fletus refrigerat pectus & mœſtum ſolatur affectum.*

Eccl. 4. 1.
VII. Nullus verus eſt cōſolator niſi Deus qui cauſam tollit triſtitiæ.
D. Amb. Tom. 5.

Vt quid igitur ô Domine hanc prohibes plorare viduam, vt quid ais: *Noli flere*, Fleat, lugeat: vt

alleui-

alleuietur, & per oculos cordis pœna mitigetur. Optimè ait illi: *Noli flere*: ipſe etenim adſtat, qui præſtare poteſt dolori remedium, eius tollens originem. Quid viduam hanc exulcerat, quid cruciat, quid cor ei conſtringit, vt per oculos diſtillet? Vnici ſui filij mors, quem præſentem amariùs deflet. Dolor ex præſenti naſcitur malo, ſicut & timor: etenim in ſum ad triſtitiam timoremque inſtigat, vt declarat & probat D. Thom. ex doctrina D. Ioannis Damaſceni. Huius viduæ mœſtitiæ cauſam ſolus ille poterat auferre, qui vitæ mortiſque habebat imperium, vnde quodlibet puri hominis ſolamen huic afflictæ mulieri fuiſſet inefficax & nullius effectus: non enim poſſunt homines virtute tantummodo ſuarum virium naturalium, huius cauſam tollere triſtitiæ. Hæc fuit ea cauſa ob quam Iacob tunicam cernens chariſſimi ſibi Ioſeph ſanguineam, credens à fera peſſima diſcerptum, & deuoratum, tanto ſe dolore luctuque confecerit, vt nullius hominis voluerit admittere conſolationem: *Sciſſis tunicis indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere.* Idem aduertimus in Anna matre Tobiæ iunioris, de qua ſic S. Eloquium: *Flebat mater eius irremediabilibus lacrymis, cui quamuis vir eius diceret: Tace, & noli turbari, nullo modo conſolari poterat.*

1. 2. q. 36. a. 1. L. 1. fid. Orth. c. 12. — Gen. 37 — VIII. Ideo Ia ob noluit conſolari. — Tob. 10. 4.

Et huius ratio facilis eſt, quia quo tempore triſtitia ab eo qui eam patitur non expellitur, nec malum, eius origo & cauſa; nec ipſæ poſſunt lacrymæ cohiberi, nec dolor eius temperari: quia ob malum quod patitur, eas effundit. Igitur noli flere mater vidua: hic etenim adeſt, qui cauſam tollet, eumque viuum reſtituet: ipſe namque eſt de quo Salomon: *Tu es Domine qui vitæ ac mortis habes imperium*: Et illa mater Samuelis ſanctiſſima: *Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.* Hic ergo verus conſolator, & eo collimauit eius aduentus, vt per Iſaiam promiſerat: *Vt conſolarer omnes lugentes.* Omnes in rei veritate conſolatur, non enim ſunt eius verba ventoſa, aut nullius ſubſtantiæ, ſed in illis diuinam complectitur virtutem quâ cœco lumen reſtituit, claudo greſſum, afflicto ſolamen, mortuo vitam. Plorat Hieremias ob non exiguas populi calamitates, vrbiſque deſolationem, nec non eo quod verus conſolator omnia damna reparaturus longiùs abſceſſerat. *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus eſt à me conſolator.* Noli flere mœſta vidua: quamuis enim non ſit minima tua calamitas, propè eſt & oculis tuis vicinus verus conſolator: ſiquidem illius ſubleuamen non aëre, non ſolis conſtat verbis, ſed vt efficax præſtet tibi remedium, à filio tuo mortem abigens, qua tanto opere cruciaris, viſamque illi impertiens.

Sap. 16. 13. — 1. Reg. 2. — Iſai. 61. 2. — Toren. 1. 15. 16.

IX. Chriſtus propriè ſol dicitur doloris tenebras diſſipans.

Proprietate quadam ſingulari Chriſtus ſibi nomen aſſumpſit ſolis, & ſub eo ſeipſum manifeſtauit: etenim ſicut aër noſter, quantumuis nubiloſus & obſcurus appareat, quando denſiſſimis, & craſſiſſimis obtegitur tenebris, vt triſtitiæ noctem induiſſe videatur, orto tamen ſole, eumque radijs ſuis luci diſſimis plenè perluſtrante, tenebræ diſſipantur, nouamque mundus eius luce lætitiam capit vniuerſalem: ſic Chriſtus Dominus noſter maiori efficacia præſtans ex mundo eliminat triſtitiam, ac mœrorem lugentium omnium. Tenebantur antiqui Patres obſcuriſſimis illis inferni tenebris ortum ſolis huius diuini ac natiuitatem eius auidiſſimè expectantes, cœleſti illa orbati luce, quâ Deum videre debebant in ea forma, quâ expectabant illum intueri: cum autem ſe hac luce priuatos dolerent, grauiori abſorbebantur animi triſtitia, cuius vt Apoſtolus declararet magnitudinem, aſſerit illos continuis atque acutiſſimis fuiſſe doloribus vlceratos: *Quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni.* Sola verò optatâ Chriſtus præſentia, quâ velut diuinus quidam ſol regionem illam illuminauit tenebrarum, adeo potens extitit vt illuſtrauerit, totumque locum ſplendore repleuerit mirifico, Sanctiſſimum Patrum tenebras depulerit, infernum in paradiſi gaudia permutauerit, ſicut ipſe ſol idem latronem de hoc ſecurum reddit dicens: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Repleuit autem illud, quod per Salomonem promiſerat: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ &c. & illuminabo omnes ſperantes in Domino.*

Act. 2. 24. — Luc. 23. 43. — Eccl. 24. 45.

X. Chriſtus omnibus omnia.

Frater mi: ſi tecum habueris Chriſtum, & per gratiam ſuam illum habeas præſentem: *Noli flere*: ipſe enim eſt, qui de ſeipſo ait: *Conuerto luctum in gaudium.* Si premat inopia: *Noli flere*: etenim ipſe Dominus eſt, de quo dicitur: *In manu eius diuitiæ & gloria.* Si te grauet infirmitas, & onere nimio ſupplanter: *Noli flere*: ſiquidem Chriſtus ſalus tua eſt; *Qui ſanat omnes infirmitates tuas.* Si mors irruat truculenta vt te ſibi ſuæque ditioni ſubijciat. *Noli flere*: hic enim

Hiere. 31. — Pro. 8. 18. — Pſ. 102. 4. — Pſ. 102. 4.

enim Dominus eſt, de quo Pſallit Dauid: *Qui redimit de interitu vitam tuam.* Et ipſe vita eſt per eſſentiam talis vt *Quod factũ eſt in ipſo, vita erat.* His conſequenter de eodem canit Dauid:
Pſ.22. 4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es?* Notandum eſt hoc verbum, *In medio*. q.d. quando me circumdatum video & periculis lugeo arctatũ grauiſſimis, & proſtratum ac velut extremis comprehenſum malis: nihil horum verebor, quia tu, Dñe, mecum es omnium bonorum cumulus & ſcaturigo.
Prou. 12.21. Sic audio Spiritum S. aſſerentem: *Non contriſtabit iuſtum, quidquid ei acciderit:* Iuſtus eſt qui ſecum habet Dominum, & cui Deus aſſiſtit, vt piiſſimus pater, vt paſtor ſolicitus, & ouium ſuarum cuſtos vigilantiſſimus, & protector diligentiſſimus. Hæc ſi bona omnia ſecum Deus deferat: quid timeat ille, qui ſecũ habuit Deum? Hic optimus eſt viduæ conſolator: & tu quoque fores, niſi ſolis verbis tui conſiſteret ſumma leuaminis; fieres autem ſi tollendæ lacrymarum eius cauſæ adlaborares, ſi eius paupertati ſuccurreres, ſi deſertam ſubleuares, ſi iuſtæ eius parti faueres, ſi affligentes eam, tua ipſe auctoritate reprimeres.

61 XI. Hac ratione ſolatur fideles Apoſtolus. Super hoc rationẽ hanc fundauit Apoſtolus, qua ſolaretur Theſſalonicenſes in morte defunctorum ſuorum, illos admonens, quod ſi mors illorum, nos prægrandi afficiat triſtitia, Chriſtum habeamus, qui illius eſt deſtructor, & omnium, quæ mors infert, damnorum reparator:
1. Theſſalo. 4.12. *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Non ait, vt non contriſtemini ſimpliciter: hoc enim in tali occaſione nobis ſuadet ipſa ratio, ſed non more infidelium lugeamus, in quibus cum ipſa morte ſpes omnis aufertur amplius conſpectu fruendi defunctorum, quos credunt ſe perdere in æternum, & omnino; quod cum ſibi perſuadeant, non miremur eorum lacrimas nullum admittere ſolacium, nullo termino comprehendi. Sic nobiſcum non agitur, cum enim fideles ſcimus, certa fide & indubitata Chriſti gratiam & virtutem credimus, qua mortem ſua morte deſtruxit, & noſtram ſua reſurrectione vitam reparauit, itaque qui moriuntur, non conſumuntur, ſed ad quietem ſe componunt, vt ſuo tempore Chriſti virtute ad vitam excitentur immortalem: *Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.* Migrat amicus tuus de domo tua cubitum in domum ſuam; non hic te diſceſſus affligit: etenim noſti, quod ſi diſcedat, non diſcedit, ac numquam eſſet reuerſurus; ad ortum equidem ſolis euigilabit, & remeabit te viſurus, tuque illum, & hac ratione nos inuicem oportet conſolari: *Itaque conſolamini inuicem verbis iſtis.*

Quantum ſapio ad memoriam nobis reuocat quod legimus: Iſraelitæ timentes ac præuidentes ſe in captiuitatem abducendos apud Perſas vel Babylonios ſummo ſtudio conati ſunt tutari ſacrum ignem, qui perpetuus ardebat in altari. Quem cum accepiſſent in puteo abſconderunt, qui licet aqua non eſſet humidus, erat tamen luto ſordidus. Quis vidit huic ſimile, ignem abſcondere in puteo lutoſo ac terreo? Plurimo hic latuit tempore & tandem in lutum conuerſus eſſe ſcribitur; hoc enim his verbis ſignificatur: *In aquam craſſam.* Aliquo poſt euoluto tempore ſoluta captiuitate ac populi exilio, quodam die ad ortum ſolis illum extraxerunt & cum primum radij ſolis in eum exarſerunt tantus repente ſuccenſus eſt ignis, vt totus populus ineffabili gaudio perfunderetur, & circumuicini montes claritate fulgerent omnino ſingulari. XII. Allegoria de igne Iudæorũ abſcondito in puteo 2. Macha. c.1. 2. Macha. 1.20.

Non poſſumus hoc in mundo ſemper remanere neceſſarium eſt filium tuum, amicum tuum puteo abſcondi ſepulturæ, luto terraque inuolui, quo ſatis ſuperque ſecurus eſt, quod eo ipſo vertendus ſit in ſam terram ac lutum: verumtamen abſoluta captiuitate, qua hoc in mundo detinetur, cum tempus illuxerit, de quo Apoſtolus:
*Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis:* Rom. 8.21
Quando dies affulſerit æternitatis, dies nempe iudicij quo ſol ille iuſtitiæ reſplendens clarúſque ortus fuerit qui radijs ſuis ſalutem adducet viuificam: *Orietur vobis timentibus nomen meum* Malac. 4.2
*ſol iuſtitiæ & ſanitas in pennis eius.* Tunc fiet vt corpora ſepulchris ſuis egrediantur accenſa nouâ ſalute, vita, gloria claritate: *Et egrediemini & ſalietis.* Hoc indicat Apoſtolus: *Vita veſtra abſ-* Coloſſ. 3.4
*condita eſt &c. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Et idem ipſum indicat dum ſubiungit: *Quoniam ipſe Dominus deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* Quinimo idcirco prius annotauimus iuſtam rationem ob quam fideles corpora componant defunctorum, aromatibus condiant, nitidius abluant, quaſi ſepulchri arcæ recondantur vt in die reſurrectionis egrediantur.

§. 19 Noli flere. *Non acerbè mors filij lugeatur corporalis, bene quidem ſpiritualis: Dauide teſte.*

☞ 63
I. Similitudo.

HOc inuicem nos deberet conſolari, ſecundum D. Chryſoſt. ſicut gratanter hoc accipit pater; ſi filius ab ipſo diſcedat, à Rege vocatus vt illi beneficium conferat: quamuis enim eius doleat abſceſſum, ſibi tamen perſuadet illum contingere, vt dignior reuertatur. Pro huius deductione præclaras adfert rationes potiſſimum ad ſolamen parentum in morte filiorum. Si Rex, inquit, filium à te poſceret, vt illum opibus augeret honoribus in aula condecoraret ſtaretque coram eo miniſter: an eius non foret tibi gratus abſceſſus? ſi illum tibi tolleret, vt dignitate promoueret dotaretque nobilitate? *Conſidera eum, qui vitam cum morte commutauit ad meliorem regionem migraſſe, atque ad præſtantiorem ſedem tranſijſſe: teque non filium amiſiſſe, ſed in tuto iam loco collocaſſe &c. quocirca ne dixeris: Perijt, nec iam eſt, eorum enim qui fide carent hæc ſunt verba: verum potius dic: Dormit, ac reſurget: peregre abijt, atque cum Rege venturus eſt. Quis hoc ſermone vtitur? Is certe, qui Christum in ſe loquentem habet. Si enim credimus, inquit, quod Ieſus crucifixus eſt & reſurrexit ac viuit: ita etiam Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.* Ratio autem hæc adeo efficax eſt, vt illam aſſumens D. Gregor. Nyſſen. Orat. conſolatoria in funere Pulcheriæ filiæ Imperatoris, cuius omnes vnanimi mortem ploratu fletuque proſequebantur; idem dicat cum D. Chryſoſt. ſe reputare eos modicæ fidei, & ſpei languentis animos qui in morte filiorũ, amicorum & cognatorum luctu ſe macerant immodico, nec non anſam præbere gentilibus obtrectandi, fieri non poſſe vt ea credant, quæ credenda proponunt fideles de ſorte fauſtiori, qua potiuntur & quàm de mortuis ſuis quandoque præſtolantur: *Si ita fleueris, quomodo Gentili poteris, quod credas, perſuadere?* Si namque veraciter verba crederemus Apoſtoli quodque fides noſtra nos docet: non tam inordinato mortuos fletu lugeremus: *Si viuentem crederes filiam* (ait D. Hieronymus cuius matrem Paulam ſolatur.) *& ad meliora migraſſe, numquam plangeres.*

D. CHR. *Hom. 1. in 2. ad Cor. Tom. 4.*

II. Iuniores dum moriuntur ad meliorem rapiuntur vitam. *Ho. 69. ad pop.*

D. HIER. *Ep. 25. de obitu Blæſillæ. Tom. 1.*

Nominatim verò conſcripſit D. Gregorius Nyſſenus tractatum: *De infantibus qui præmaturè abripiuntur*, in quo ſuo conuenienter ingenio diſcurrit, vt parentum in morte filiorum abſtergat lachrimas, mæſtaque cohibeat lamenta. Primò: ſupponit nobis non debere ſufficere, ſi ea quæ nobis accidunt tantum ſuperficialiter conſideremus: hoc enim hebetioris eſt ingenij: ſecundò: ſupponit indubitatè credendum nobis à Deo mundum hunc gubernari, & omnium eum eſſe cauſam euentuum quos in eo demiramur, mortis, vitæ, ſanitatis & infirmitatis. Addit tertiò: nos ſincerè verèque à Deo diligi, imo magis quàm ab ipſis noſtris parentibus, qui nos in lucem hanc ediderunt. Ex his infert, quòd filij tui mortem, non niſi in bonum tibi decernat: & expediret, vt illa ſemper præ oculis haberes Chriſti verba: *Si Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs veſtris, quantò magis Pater veſter cœleſtis &c.* Fusè admodum hunc proſequitur idem S. diſcurſum: & certum eſt, hanc filiorum tuorum mortem à Deo vobis & illis ad vtilitatem lucrumque præordinari.

III. Variæ rationes conſolãdi parentes in morte filiorum.

*Luc. 11. 13.*

Primò, illis ad commodum, ex doctrina Spiritus S. quam etiam expendit D. Cyprianus in notiſſima illa ſententia: *Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia &c. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit eam educere de medio iniquitatis.* Licet credat quod ſermo fiat de Henoch, qui raptus fuit in paradiſum eoque tempore, quo peccata in mundo multiplicabãtur in tantum, vt Deum eo vſque prouocarint, vt diluuio mundum perderet vniuerſum; verum D. Cypr. hoc intelligit de iunioribus & pueris, quos Deus in ætate tenera comprehendit, & quaſi raptos abducit. *Raptus eſt* ad maius eius commodum. Primò, ne ſatanæ malitia peruerteretur ſicut & patres noſtri. Secundò, ne rerum mundi doloſa fictio animam illius deciperet, in quo vana faſcinatio vera obſcurat, tegitque bona. Tertiò, ne carnis inconſtantia, ex mala agitata concupiſcentia laberetur. Habes hic ternos noſtros inimicos, dæmonem, mundum, & carnem, & ſi graui à ſingulis per ſe expo[r]amur ſalutis diſcrimini, quantò magis ſi iunctis viribus miſerum impugnent adoleſcentem. Vt autem Deus eripiat eum cui bene vult, prænoſcens eius, ſi ſanus ſuperuiuat, perditionem, vitæ filum illi præſcindit immaturum: *Placita enim erat Deo anima eius.* Ideirco quaſi feſtinatò hinc abripitur vt in tuto collocetur: *Propter hoc properauit:* idque

*Lib. de mortalit.*
*Sap. 4. 11.*

*Orat. funeb. in obitu amici ſui Satyri.*

IV. Ex parte filiorum vt ſaluentur.

ſam velociter, vt interdum vix prima mundi limina puer ſit ingreſſus, & iam illum ex illo pulſionem eripit.

☞ 64 *Ep. 2. ap Heliod.*

Ex hoc documento colligit D. Hieron. quòd nedum lamentari, non deberet Heliodorus in morte chariſſimi ſibi ſobrini Nepotiani, quinimo ſummopere ſeipſum ſolari, hoc ſibi perſuadens, quòd Deus illum hinc extulerat, vt ſecuro loco reponeret: eo modo quo vineæ Dominus vuas circa viam pendentes immaturas colligit. ſi namque patiatur illas matureſcere, à pertranſeuntibus indubiè colligentur. Et optimè propoſito conſonum illud mihi videtur agricolæ reſponſum, cui circa matre domicilium erat, colligebat autem hic fructus virides, immaturos, & à me rogatus cur illos non ſineret ad maturitatem peruenire: reſpondit Pater mi: præſtat immaturus in lance, quàm maturus & aſſatus in ore felis. (a) quia ſi fructus non colligeret etiam immaturos, Mauri qui regionem illam prædones percurrebant, eos ſibi præriperent. Eodem argumento demulcebat D. Hieronym. filiam ſibi chariſſimam & ſpiritualem D. Paulam in morte Bleſillæ filiæ dilectiſſimæ: *Placita erat Deo anima eius, propter hoc properauit eam educere de media iniquitate, ne longo via itinere deuijs oberraret anfractibus.* Hæc omnia cernimus impleta in eo quod declarat Deus per prophetam Ahiam de filio Regis Hieroboam. Rex fuit hic ad nauſeam impius: mittitur illis à Deo propheta declaraturus quod in debitã ſcelerum ſuorum vindictam, infauſta vitam eſſe morte finiturus, quodque nedum ipſe, ſed omnes eiuſdem ſucceſſores exitum ſortirentur infelicem: ſolius tantum filij ſui miſereretur, qui iuuenis hinc abſcederet: quia in illo ſibi Deus complacuerat: *Puer morietur, & ſepeliet eum Iſrael &c. quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus à Domino Deo Iſrael.* Opinatur doctus Lyranus, quòd dum impius Rex Hieroboam idola in Bethel erexit, & armatos ſtatuit in via milites vt eos qui proficiſcebantur in Hieruſalem infeſtarent, & vi cogerent, vt idola colerent ac adorarent, minorennis eius filius hoc ſtuduerit toto conamine impedire, vel ſatellites illos auertere deſiderans ex animo vt nullus idola patris ſui veneraturus accureret, ſed omnes Hieruſalem tenderent Deum verum Iſrael adoraturi. Huic ſubſcribit Abulenſ. quinimo hoc ipſum lectio ſuggerit Vatabli: *Aliquid boni in eo inuentum eſt erga Dominum Deum Iſraelis:* & etiam noſtri Cardinalis Caietani iuxta Hebraicum textum: *Eo quod inuenta eſt in eo res bona ad Iehoua Eloi Iſraelis.* Sit quodcumque libuerit, hoc tamẽ nouimus, quod puer ille gratum aliquod Deo præſtiterit obſequium. Idcirco (inquit Dominus) *Puer morietur*, illum mihi morte rapiam immatura. Quid hoc Domine mi: an hoc eſt illi optare bonum? An illa mercede ſedulum tibi exhibitum rependis obſequium? Vtique: hoc etenim illum eſt ſummo dignari beneficio: *Placita enim erat Deo anima illius, ideo properauit eum educere de medio iniquitatum.*

(a) *Mas vale cruda en el plato, que aſſada en la boca del gato.*

*Ep. 25. de obitu Bleſ.*

D. AMBR. *Tom. 1.*

*3. Reg. 13. 12.*

*In c. 14. l. 3. Reg. q. 2.*

Nihil Deum fugit, & oculi eius à ſæculo in ſæculum reſpiciunt: *A ſæculo & vſque in ſæculum reſpicit:* & conſpicuum eſt, quod ſi iuuenis ille ſuperuiueret tot inter peccatores peccataque conuerſatus, in animæ ſuæ damnationem ageretur: idcirco eum tanto periculo ſubtraxit, & loco conſtituit ne periret, tutiori. Non exiguum eſt hoc beneficium, ſicut & illud quo Lot eiuſque filias præuenit illas educens (quamuis reluctantes) de Sodomis: præſciebat enim, quod ſi ibidem hærerent, eas cœleſtis vltor ignis conſumeret. Vlterius, commodo etiam eſt ipſis filijs: quia vitam, hereditatem, bonaque ſortiuntur eminentiora: nam pro terrena hac domo regnum ingrediuntur cœleſte, pro fugaci hereditate Patris æterni ſempiternam adipiſcuntur. Hoc argumento mœrentem ſolabatur D. Hieronymus D. Paulam in obitu Bleſillæ filiæ. Inordinatum primo reprehendit eius luctum & vberiores lachrimas; *Deteſtandæ ſunt iſtæ lachrimæ, plenæ ſacrilegio, incredulitate pleniſſimæ, quæ nõ habent modum, quæ vſque ad viciniam mortis accedunt.* An fidem profiteris Chriſtianam? Chriſtum igitur audi dicentem: *Non eſt mortua puella, ſed dormit.* Quòd licet Iudæi exſibilent increduli: veritas tamen ea eſt Chriſtiana. Angelum audi te interrogantem: *Quid quæris viuentem cum mortuis?* Vt quid eam non conſideras tot periculis, tot aduerſitatibus, tot ereptam calamitatibus, & regnantem cum Chriſto glorioſam? Si te matrem deſeruit in Maria obtinuit digniorem. Audi ipſam tibi acclamantem: *Clamat nunc illa lugenti: Si vnquam me amaſti mater &c. ne inuideas gloriæ meæ. Putas me eſſe ſolam? Habeo pro te Mariam matrem Domini: multas video quas ante neſciebam. Habeo Annam quondam in Euangelio prophetantem &c. Miſereris mei quia mundum reliqui: At ego veſtri ſortem doleo, quos adhuc ſæculi carcer detinet, quos quotidie in acie præliantes &c.*

*Eccl. 3. 25.*

D. HIER. *Ep. 25. cit. Tom. 1.*

D. AVGV. *Tom. 1.*

Secundò: diſpoſuit Deus mortem filiorũ in ſalutem veſtram: vobis ſalutis veſtræ tollens offendiculum: ſæpe namque filij parentibus ſunt lapis offenſionis: quos dum inordinata curatis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolitudine, ſpe & amore. Dei veſtri memoriam abijcitis, legem eius, eius obſequium, imo vos ipſos, ſalutemque contemnitis. Hanc rationem proſequitur D. Auguſtinus verba illa D. Ioannis

1. Ioan. 2. 15.

enucleans: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt.* Perpendite ea omnia quibus in mundo fruimur, Dei dona eſſe, quæ nobis in amoris ſui teſſeram tribuit, quo nos deuinciat vt propter illa cor noſtrum & amorem non illis, ſed tantum noſtro benefactori affigamus qui tanto nos affectu proſequitur. Amari illa Deus non vetat, eum bona ſunt ſed iis amorem noſtrum agglutinare, tanti benefactoris immemores. Quod ſi ſponſus annulum efformaret pretioſum, ſponſæque mitteret donum, & amoris ſui pignus: illa verò annuli allecta pulchritudine, ei totum ſuum conſecraret affectum, quo precor, animo hoc pateretur? Dicunt omnes, ab ea auferendum, & diffringendum: quandoquidem ipſa amoris hunc finem faceret, quod medium ipſe miſerat, quo ſibi affectum illius oppignoraret: *Quemadmodum ſi ſponſus fecerit ſponſæ annulum, & illa acceptum annulum plus diligeret, quam ſponſum, qui illi fecit annulum: nonne ipſo dono ſponſi adultera anima deprehenderetur, quamuis hoc amaret quod dedit ſponſus? Tamen ſi diceret ſufficit mihi annulus iſte, iam illius faciem nolo videre, qualis eſſet &c.*

D. AVGV. *Tract. 2. in 1. Canc.* D. Ioann. *Tom. 9.*

V. Modus capiendi elephantem.

Plinius varios profert modos, quibus elephas capiatur, & hunc ſingularem, quem producit Barthol. Angelicus quem inſcripſit: *De proprietatibus rerum.* Hoc animal, vt ſe ad quietem componat, non pronum in terra decumbit: non enim ſine magno negotio poſſet aſſurgere tam ex maximo corporis pondere, quàm ob difficultatem quam patitur in flectendis genibus: hoc igitur ſibi conſulit, ad arborem ſe inclinat, cui totum corporis onus innititur. Venator diligenter arborem hanc inueſtigat, cuius maiorem partem à trunco deorſum ſerra diffindit, vt dum illi dormiturus Elephas conatur inniti, dirumpatur arbor, corruat, & ipſe cum arbore corruat Elephas. Quo tempore cum ſe à caſu nequeat erigere, horrendos edit barritus, accurrit venator, ſimulatque ſe vices eius grauiter dolere, illum demulcet, manum adhibet in ſurgendo auxiliarem quo cicuratur, & ab eo ſe ligari, & duci permittit quocumque velit.

*Li. 8. c. 8. l. 18. ca. de Elephante.*

VI. Eodem te modo Deus capit.

Ardet Deus tuum hoc venari cor, ipſo ferocius & ſylueſtrius Elephante, perpendit arborem, cui innititur, totumque affigit pondus. Quod eſt obſecro, cordis hoc graue pondus? Amor: *Amor pondus meum, ab illo feror, quocumque feror.* Hic pondus appendit pecunijs, alter honori, iſte mulieri, ſed maximè familiare eſt filius. Huic totum amoris tui pondus adhæret, & innititur, hic omne ſtudium, omnes nerui, omnes actiones, quidquid agis, quidquid cogitas: per hoc fit, vt nec tibi remaneat amor Dei, nec erga pauperes miſericordia, nec animæ tuæ ſalutis vel minima ſollicitudo. Quid agit Deus? Arborem hanc reſcindit, filium tibi tollit, coram oculis tuis illum proſternit, vt te ab eo duci patiaris, & ſuæ legis vinculis alligari.

VII. Ita ſentiebat Melania. *Epiſt. 25.*

Sic hoc interpretata eſt eximia illa matrona Melania Romana ſanguine clariſſima de qua teſtatur Diuus Hieronymus quod cum illi vir obijſſet, & cum illo pariter duo filij: ipſis adhuc corporibus feruentibus, nullis obruta lachrimis, quaſi petra nullo defluens humore, ad Crucifixi pedes proſtrata, ſic ait: Domine mi, iam noui quòd me ab omnibus vis abſolutam, vt totam me diuino tuo conſecrem obſequio: *Expeditius tibi ſeruitura ſum, Domine, quia tanto me onere liberaſti.* Turbabant non leuiter vaccas earum vituli, ne directo procederent itinere, Dei arcam deferentes: vt autem illas minimè diſtraherent, eos domi recluſerunt, & ab oculis amouerunt: & quamuis hac de cauſa mugirent ſignaque ederent doloris; nihilominus arcam protrahebant à recto tramite nec minimo puncto deuiantes. Hinc cauſam collegit Diu. Gregorius Nyſſen. cur frequentiùs tibi filius eripiatur cæteris charior vel filia, vel illud quod pluris æſtimas. Æmulatio eſt hæc diuini ſponſi: cum enim inordinato dona ſua proſequaris affectu, ea tibi coram oculis tuis intempeſtiuè ſuffuratur. Hanc D. Chryſoſtomi rationem appoſitè proſequitur, ex eo confirmans quod Zeloſus agit maritus, qui toto annixu laborat eum à conſpectu mulieris auertere, erga quem conſpicit illam ſupra modum inclinatam, quique proinde amorem eius ſibi vt viro legitimo debitum remoratur.

*1. Reg. 6. 12.*

*Trac. de iis qui præmatura morte rapiuntur.*

*Hom. 9. in 1. ad Cor.*

66 VIII. Cur olim tamdiu homines viuerent. D. CHR.

Ex his declarat cur antiquitus Deus tanto tempore viris vxores, viriſque vxoribus, parentes filijs, filioſque parentibus concederet, quos vix inuenias parentes ſuos morte præcurriſſe. Ratio eſt: eo quod amore filios proſequerentur ordinato: *Cur non fuerunt olim viduitates, nec immaturæ orbitates?* Vt quid paſſus eſt, quod Abraham tot annorum curriculis Iſaac filio ſuo frueretur? Cur Saræ tot annis filium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lium illum conceſſit deſideratiſſimum? quia ſic eum diligebat temperatè, vt eius de cauſa Deo nihil detogaret: quinimo Deo petenti eundem ſibi immolari, continuo pater Abraham obediuit, nec mater Saræ conceſſit vxori Abrahæ? quia moderato eam diligebat affectu, nec eius gratiâ quidquam agebat, quod eum à diuino retardaret obſequio &c.

IX. Mors eſt duæ : deſtenda peccatoris.

Aliud nobis ſuggerit Chriſtus : dum ait viduæ : *Noli flere* eo quod filium ſuum videret corpore mortuum: non enim hæc mors eſt, quã primò lugere debeant parentes, ſed dum illos ſpirituali cernunt morte per peccatum hinc diſceſſiſſe, Hinc D. Auguſtinus graui parentes correptione caſtigat, nimio mortis luctu contriſtatos, qui filios lugent corpore languentes, nec curant dum eos vident per peccatum in anima grauiter infirmari, qui lachrimis deplorant irremediabilibus carne mortuos, & rident atque exultant dum eos impudicitia, vindicta, periurijs cernunt ſpiritu mortuos periſſe. Heu Chriſtiadũ calamitatem, qui probè ſcientes grauiorem eſſe multo mortem ſpiritualem ipſa corporali, hanc tantopere lugent, illam autem nec deplorant, imo rident, vel ſaltem ob hanc magno non torquentur cruciatu : *Audite me fratres. Chriſtiani ſumus & tamen plerumque ſi filius cuiuſquam moriatur plangit illum: ſi peccet non illum plangit: Tunc erat plangendus tunc petus mortuus luxurioſe viuens, quam moriendo luxuriam finiens. Tunc quando iſta faciebat in domo tua, non ſolum mortuus erat, ſed & putebat, hæc dolenda ſunt, illa ſuſtinenda.*

*In illud Pſal. 37. Quoniã iniquitatẽ meam.*

D. AVGVS. Tom. 8.

Crebro hiſtoriæ Iacob meminimus quoad luctum miſerandum quem contraxit ex nuntiata ſibi morte filii ſui chariſſimi Ioſeph, quem à fera peſſima aiebant deuoratum, in cuius rei teſtimonium laceram eius tunicam parenti remiſerant: ſcidit igitur mœſtiſſimus pater veſtimenta ſua, ſaccum induit & cilicium, & continuo ſe luctu, defluentibus indeſinenter lachrimis affligebat: *Noluit conſolationem accipere ſed ait: deſcendam ad filium meum lugens in infernũ.* q. d. vſque in diem ſepulturæ meæ vacabo ploratui; donec moriar luctui minimè temperabo. Hunc verba referunt ſenſum. Vnde ſubiungit: *Et illo perſeuerante in fletu Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari Eunucho Pharaonis magiſtro militiæ.* Similiter aduertit Caieta. quod S. pagina notauit in his verbis, quòd Iacob ſcilicet propoſiti luctuſque tenax perſeuerauerit : numquam ſibi parcens à lachrimis, nec modum ſuæ ſtatuẽs mœſtitiæ quo tempore Ioſeph oculis ſuis abeſſet, nec aliter euenit, ſiquidem tamdiu laxauit fræna triſtitiæ, donec Ioſeph viderit viuũ gloria & honore coronatum. Itaque inconſolabiliter decem & octo annis luxit Iacob vt probat D. Chryſoſt exponens illud: *Nuntiauerunt ei dicentes : Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe dominatur in terra Ægypti. Quo audito Iacob quaſi de graui ſomno euigilans, reuixit ſpiritus eius.* Sicut qui lampadi iam extinguendæ oleum infundit: etiã confeſtim lux, quæ prius euaneſcere videbatur, denuo vehementiùs & ſplendidiùs eluceſcit. Sic inquit D. Chryſoſt. his nuntijs auditis Iacob incredibili lætitia delibutus : *Reuixit ſpiritus eius.* Iam enim optimo illi ſeni vita langueſcere & exſpirare videbatur ob animi mœrorem vt grauem ita diuturnum, quo cruciabatur. Inquiunt aliqui: quæ ratio ſubeſſe poterat luctus adeo cõtinui & acerbi, quo nimis affligebatur? Abbas Rupert vt certum opinatur, quod ſibi numquã perſuadere potuerit, filium ſuum Ioſeph à fera peſſima (ſic referentibus eius fratribus) deuoratum, ſed opinatus fuerit, à fratribus dolo interfectum: ex diabolica qua in illum ardebant inuidia: & hanc Iacob vocauerit feram peſſimam: *Non ergo ſenem* (ait ille) *fefellerunt eius filij oſtendentes tunicam ſanguine hædi tinctam.* Etenim ipſe Iacob poſtmodum dixit vt conſtat: *Vos ſcitis, quod duos filios genuerit mihi vxor mea : egreſſus eſt vnus, & dixiſtis: beſtia deuorauit eum,* Vbi illo verbo (*dixiſtis*) indicat, illos ſibi tertiũ aſſumpſiſſe, ad fallendum patrem, qui filium à fera peſſima diſcerptum eſſe nuntiauit : ex quibus intelligebat Iacob quod quamuis hoc illi imponere velle viderentur, non hoc tamen ipſe crederet, ſed omnino indubitatum eſſe hanc feram, à qua Ioſeph diſcerptus dicebatur, non ferã ſed inuidiam fuiſſe, qua fratres plus æquo flagrabant. Sed ſiluit, & diſſimulauit Iacob eo tẽpore facinus intentatum, & diabolicam filiorum ſuorum inuidiam, ingemiſcens, tantoque peccatum illud in filium à fratribus commiſſum luctu proſecutus vt huic modum ponere omnino noluerit. Vnde quaſi ſibi vim inferens; acutiſſimo percuſſus ex hoc dolore hoc ſemper ingeminabat : *Fera peſſima deuorauit filium meum Ioſeph.* Licet autem hoc Iacob dixerit ; nemo temerarius eum arguat mendacij: etenim carniuora illa fratrum in Ioſeph crudelitas optimè ſub nomine feræ peſſimæ notabatur. Sic Rupertus autumat : cuius eo animo profero ſententiam ſolummodo, vt per illam intelligatur quòd Iacob non tam luctu adeo diuturno & immenſo, quali nouimus, deplanxit mortem Ioſeph corporalem,

Gen. 37. 35.

X. Cur Iacob tanto tempore luxerit filium Ioſeph

Ho. 63. in Gen. Gen. 45. 26.

L. 8. in Gen. c. 21. 22.

RVPE. Gen. 44. 17.

XI. Iacob fratrum deplãxit inuidiam & peccatum.

lem, quam inuidiæ ſpiritualem, qua decem alij fratres occubuerant: vt ſit documento (ait Rupert.) à parentibus ſpiritualem potiùs filiorum mortem per peccatum, quàm corporalem eſſe deplorandam.

*Ho.69. ad pop.* XII. Peccator viuens & mortuus plangendus eſt. D. Chryſoſt. ſingulariter probat lugendos eſſe mortuos & declarat ac probat peccatorem viuũ & mortuum lachrimis eſſe deplorandum: vnde hunc illi titulum præſcripſit: *Quod peccatores lugendi ſunt viui & mortui.* Primo: peccator lugendus eſt adhuc viuus: quamuis enim vita corporis viuat, animæ tamen paſſus eſt naufragium: *Viuens mortua eſt*, ait D. Paulus, de vidua luxurioſa & in propatulo eſt mortem animæ, corporis omnilibet morte eſſe nequiorem. (*1. Timot. 5. 6.*) Diuinis ſcatet illa Salomonis ſententia myſterijs: *Modicũ plora ſuper mortuum, quoniã requieuit: nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui.* (*Eccl. 22. 11*) Mortem deplora parentum & amicorum: hoc enim maximè ei conuenit, qui viſceribus plenus eſt pietatis, & ratione illius, quod mors habeat vel habere in ſe mali videatur: ſed modicus ſit ille luctus ac temperatus: etenim pie credere tibi licet de viro fideli, quòd talibus obierit ſignis effulgens pietatis, atque in pace requieuerit: *Modicum plora ſuper mortuum quoniam requieuit.*

Sed inceſſanter vitam luge peccatoris: etenim eius vita, qualibet eſt morte infelicior. *Nequiſſimi enim vita ſuper mortem fatui.* Hoc ipſum clariùs intelliges, ſi comparaueris quanto ſint iacturæ grauiores bonorum ſpiritualium, gratiæ, ac ipſius Dei, quas inuoluit vita cum peccato quo mortua eſt anima, ijs omnibus, quas ſecum omnes adducit, mors qualibet corporalis, per quam bona ſolummodo corruptibilia, temporalia abiectaque deperduntur. Viuum deplora peccatorem, ſed magis adhuc mortuum. Hic lugendus eſt intemperanter, inceſſanter, inconſolabiliter, ſanguineis cordis lachrimis.

XIII. Ita Dauid Abſalon & Amnõ defleuit. *Orat. in obitu Valētiniani.* His innititur doctrina D. Ambroſij, qua facinus expendit Dauidis: licet enim puerulum audiens infirmatum luxerit, lachrimas fuderit, ieiunauerit, Deoque pro filij vita ſupplicauerit, vt tamen intellexit iã diem clauſiſſe extremũ, quaſi exultans præ gaudio, exclamat, factũ eſt: ſuamque Deus perfecit voluntatem: felix illeq; huius congratulor ſaluationi: ſed vt intellexit Abſalonem filium in prœlio tribus lanceis confoſſum occubuiſſe, mare profudit lachrimarum, ſuſpiria emiſit triſtiſſima, ſingultus gemituſque eduxit de corde mœſtiſſimos; modo in illã modo in alteram deambulans partem: nec vllibi poterat conſiſtere: *Sic loquebatur vadens*, operto lugens capite, ſæpe ſæpe lugubres illas repetens nænias, *Abſalon fili, fili mi Abſalon: quis mihi det vt ego moriar pro te.* (*2. Reg. 18. 33.*) Si rationem quæras ploratus, in propatulo eſt: filius ei mortuus erat in peccato, æternumque damnatus. O quis terror! Idem eum feciſſe perſpicuum eſt, quando Amnon ſoror ſuæ Thamar violator inceſtuoſus fraterno cæſus gladio miſer interijt. Sic enim S. teſtatur eloquium: *Luxit ergo Dauid filium ſuum cunctis diebus.* (*2. Reg. 13. 27.*) Si cauſam inueſtiges, reſpondet tibi D. Ambroſ. *Vt ſcias verum eſſe quod aſſero. Dauid inceſtuoſum filium ſuum Amnon fleuit occiſum; parricidam Abſalon doluit interemptum: innocentem vero filium non putauit eſſe lugendum: quia illos ſibi periſſe pro ſcelere, hunc pro innocentia credidit eſſe victurum.* Audiamus D. Hieronymum *Dauid iuſte fleuit filium parricidam, qui alium paruulum, poſtquam vt viueret impetrare non potuit, quia ſciebat non peccaſſe, non fleuit.* (D. Hier. Epiſt. 25. cit. Tom. 1. Ho. 13. §. 15. & 16) Quia verò propoſito ſeruiunt quæ diximus alibi quantum ſit malum in peccato mori, idcirco lectorem eò remittimus.

### §. 20. Tetigit loculum. *Per hunc feretri contactum, Christus immundus non fuit; quod bene dicitur loculus.*

HÆc verba Chriſtus proferens acceſſit ad feretrum, quo defunctus efferebatur, & ad illud extendit manum: *Acceſſit Ieſus & tetigit loculum, Hi autem qui portabant, ſteterunt.* Dubium hic oritur, cur Chriſtus has actiones ediderit: videntur enim illi decreto legis interdictæ, quæ decreuerat, vt quicumque corpus mortuum, vel eius ſepulchrum tetigiſſet, immundus eſſet & irregularis ſeptem diebus: *Si quis tetigerit cadauer &c. vel ſepulchrum illius, immundus erit ſeptem diebus.* (*Num. 19. 11. 16.*) Imò hoc ipſum Chriſtus multò ſtrictius ſacerdotibus inhibebatur, quibus Deus iniunxerat, vt nec mortuorum exequijs intereſſent etſi contrarium attentarent, non ſolum legalem incurrebant irregularitatem ſicut ſæculares, ſed etiam culpam vt probat Abulenſ. de quo ſuperiùs actum eſt. (I. Feretrum tangens cur non fiat immundus.) Eandem patitur difficultatem, quòd Chriſtus accedens tetigerit manu ſua leproſum, à lepra curandum: *Tetigit & in lepram &c.* qui contactus eadem lege prohibebatur. (*In ca 19. num. 9. 10 & in ca. 21. Leuit. Num. 15.*)

Quæſtio nobis occurrit implicata, quã Chriſtiani ſoluendam propoſuerunt D. Iuſtino Martyri: quæ dedit occaſionem perfido illi notoque Hæreſiarchæ Marcioni, vt teſtatur Tertull. (*Leuit. 13. q. 28. ad Orthod. L. 4. contr. vt Marc.*)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt hæreſeos ſuæ pertinax viueret,quam poſtmodum Manichæi defenderunt, legem veterē eſſe malam,à diabolo dictatam, & non à vero Deo diſpoſitam quandoquidē videamus quòd factus homo hoc egerit, quod ita directè ex oppoſito eius repugnabat inſtitutioni. Error hic non tolerandus eſt, ait Tertull. Non enim hic Saluator legis ſancita tranſgreſſus eſt: duabus ex rationibus: Prima: quia Deus erat, & ſuper legem veterem quam ipſe condiderat, plenaria gaudebat poteſtate, eaque multo pleniori, quàm Imperatores vel Pontifices ſuper ſtatuta ſua: qui vt oſtendant ſe illis ſuperiores ſæpè faciunt, quæ eorum videntur contradicere diſpoſitioni. Hanc ſecutus eſt D. Iuſtinus Martyr, quam & ipſe Dominus aliquoties videtur dediſſe calumniatoribus Iudæis, quòd opera faceret in Sabbato legis decreto prohibita, ſicut dum paralytico præcepit iam ſanato, vt grabbatum tolleret, & alia quædam, dicendo: *Dominus eſt filius hominis etiam Sabbati:* eorum quæ ad legis pertinent obſeruantiam.

II. Prima ratio, quia Deus erat.

Luc. 6. 5.

III. Secunda ratio quia virtutis erat ſuperioris ipſa morte.

a. In c. 5. Luc.

b. Ser. 94.

Alteram rationem quam dat (& ſecutus eſt D. Ambroſ. a. & notauit Petr. Chryſol. b.) hanc dicimus: quòd lex non quemcumque cadaueris aut leproſi vetaret contactum, ſed eum qui à manu prodiret infirma, ſeu nullius efficaciæ, vel ipſa morte, aut lepra debiliori, quia in hoc caſu mors & lepra, vt potentiores iuxta decreta legis operabantur in attingente. Sed manus contactus, virtutis efficacioris quæ mortem lepramque poterat expellere abſit vt illa manus immunda fieret, mortuum vel leproſum contingens: imò potius per eiuſdem contactum mundus ille reddebatur, & rediuiuus.

Hoc conforme multum eſt huic axiomati philoſophico: *In proportione minoris inæqualitatis non fit actio*, dum enim duo concurrunt, agentia, potens vnum, & alterum infirmum, infirmum non operatur in potens, nec ſuas imprimit illi qualitates, imo potiùs è conuerſo. Manus tibi friget, vt guttæ ſtillantes congelatæ: accedis ignem, & illa manu contingis ignitum feruentemque carbonem: non ex eo contactu carbo querceus ignitus frigeſcit, imo potius tua manus ex efficaci carbonis ardentis calore incaleſcit. Hoc in noſtro caſu intelligendum: & ex actionibus eximiorum vatum illorum Eliæ, & Eliſei confirmatur, ſinguli namque eorum non ſolum ad corpus acceſſerunt mortuum, vt Elias ad filium viduæ Sareptanæ, & Eliſeus ad filium Sunamitidis, ſed inſuper incubuerunt ſuper eorum corpora, manus manibus, oculos oculis, corpus corpori, os ori coniungentes, & cadaueri ſpiritum inſpirantes reuiuificum: & omnibus eſt in confeſſo, quòd ea de cauſa, nullam contraxerint immunditiem, nullam irregularitatem, ſed nec vllus eos vnquam voluit vt immundos notari: quinimo ex oppoſito, mortui redduntur mundi & viui: erant etenim ſanctorum illorum merita potentiora ac digniora, vt vitam mortuis tribuerent, quàm ipſa mors vt occideret.

IV. Nec hoc calúniati ſunt Phariſæi.

Hoc autem ita verum eſt vt Phariſæi & Scribæ tam curioſi operum Chriſti indagatores, eorumque calumniatores, numquam illi contactū feretri mortui, vel leproſi præſūpſerint obijcere: viderunt enim contactum hunc eſſe manus efficacis, vt per illā mors feſtina diffugerit, & lepra munditiem induerit. Et in hoc ſaluator teſtari voluit ſeæ ſacratiſſimæ virtutē humanitatis vt notat D. Cyrill. Alexan. ac diuinæ ſuæ carnis, manuſque potentiam; cum ſolo ſuo contractu vitam defunctis impertiret.

V. Cōtactus carnis Chriſti viuificus eſt in V. Sacramento.

Ioan. 1. 3.

Ioa. 6. 54.

*Tetigit loculum.* Iam diſponit ad Venerabile Sacramentum, vt intelligamus quòd ſolo contactu ſacratiſſimæ ſuæ carnis, ad noſtram ſe præparet reſurrectionem ille Dominus qui ſe vitam noſtram effecit: *Quod factum eſt in ipſo, vita erat.* In ipſo vitam induit caro noſtra quam ipſe propriam ſuam reddere voluit: & hinc ad nos vita dimanauit quam ipſa in Chriſto conſecuta eſt: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Pro huius aſſertione filiam Archiſynagogi reſuſcitaturus manu comprehendit, quaſi declarare vellet, quòd illa vita, cui defunctam illam reſtituebat, ex ipſa procederet ſacratiſſimæ carnis ſuæ contactu, eſt enim vt det vitam efficaciſſima, multoque tota illa veteri lege, ac ſacerdotibus eius longe potentior. Nec ipſa, nec illi licet ſupremi, ea virtute pollebant vt vitam mortuo largirentur aut leproſum mundarent: quinimo debilis adeo erat & infirma qua vigebant vt ipſi mortui, ac leproſi eos inquinarent eorumque ſacrificia, ſi ea contingerent: vt ſupradictum eſt.

68 O virtutem prodigioſam & efficacem manus Redemptoris! hanc vt opinor vates Habacuc præuidebat in illo Cantico quem cecinit de triumphis Chriſti adeo mirandis, vt totus in ſtuporem raperetur: *Domine conſideraui opera tua & expaui.* Quæ opera ſunt hæc? *Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius; ante faciē eius ibit mors.* Eius ſplendidiſſimi radij lucem effunderent clariſſimam. De miraculis eius loquitur quibus hominū oculos illumi-

Haba. 3. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI. Cornua id eſt fortitudo in manibus Chriſti.

illuminabat, vt per illos eum cognoſcerent; ſicut ſol radijs ſuis oculos præparat quibus ipſe videatur, ſine quibus hoc eſſet impoſſibile. Vt autem materiæ noſtræ hoc ſingulariter applicemus, in mentem tibi redeat qualiter heri radij illius fuerint, velut lux oculos eius, qui illis orbatus natus fuerat, perſtringens: hæc illi irradiauit, dum diuinis ſuis manibus lutum ex oris ſui ſaliua cõpoſuit: Nec hoc mireris: ſunt enim manus illius poteſtate efficaciſſimæ: *Cornua in manibus eius.* In S. pagina per cornua virtuté interpretamur, vires & fortitudinem: hanc enim in illis animalia habent cornigera: In manibus fortitudo eius, imo & Dei omnipotentia; adeo fortibus, vt quæcumque voluerint, efficiant, vt illis neceſſe non ſit ad apothecas, tentoria ſeu officinas recurrere, vt ex illis remedia ſibi emendicent.

VII. Sed noſtra infirmitate contecta.

Manus has conſidera, in quibus Dei fortitudo latet, totaque eius poteſtas, carnis contecta & abſcondita infirmitate. *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Illud in hodierno contemplare miraculo: ad illarum etenim præſentiam mors fugit: *Ante faciem eius ibit mors.* Sicut enim ad lucis præſentiam tenebræ diffugiunt, ſic & mors ad manuum illarum præſentiam in fugam vertitur: etenim talem habent virtutem, vt ſolo ſuo contactu, quamlibet poſſint mortem in fugam agere, omnem purificare lepram, & omnia noſtræ vaſa vacua neceſſitatis implere. Perpende (cum D. Cyrillo Alexand.) carnis huius virtutem Deificæ: quamuis enim ex ſe languens ſit omniſque expers virtutis, huic tamen vera coniuncta diuinitas poteſtatem illi communicat diuinam: eo modo quo fragmen quercus igni permixtum totumque ardens, omnem ignis in ſe virtutem complectitur. Satis hoc aperte patet in hoc quod mulieri contigit, ſanguinis profluuio ſordidæ & inquinatæ. *Probat hoc* (loquitur D. Petr. Chryſol.) *Mulier in profluuio ſanguinis conſtituta, quæ vt tangit fimbriam Domini, non fimbriam polluit, ſed ipſa mox inquinamento vetuſtæ carnis paſſionis.*

D. Petr. Chryso. *Serm.* 34.

VIII. Loculus nos omnes manet.

Sed cuncta perpendamus Euangeliſtæ verba. Quia quanto in illis carnis viuificæ Chriſti poteſtas liquet manifeſtiùs, tantò & noſtræ carnis infirmitas patet apertiùs: *Tetigit loculum.* Non dixit locum ſed in diminutiuo, *loculum.* Omnem mundanorum euertens altitudinem: illis etenim exiguus nimis videtur eſſe mundus & ſufficiens non inueniunt ſua ſpatium ambitionis; idcirco prægrandia conſtruunt palatia, & ſibi domum vnam non ſufficere arbitrati, alteram & alterã, prædium vnum & alterum ſibi coemunt, quibus eorum augentur caſtella & hereditates: vt illis exprobrat eleganter vates Iſaias: *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: Numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?* Hoc perpendite quod ad tantam aliquando redigemini anguſtiam, vt loculus adeo ſtrictus-qualis eſt feretrum, vel ſex palmorum ſepulchrum vos concludat omnemque veſtram gloriam ibi ſepultam comprehendat. *Iſai.* 5. 8.

IX. Hic ſuperbiam humiliauit Antiochi.

Conceptus eſt hic Spiritus S. dum de ſacrilego atque impio loquitur Antiocho Rege cuius cogitationes vſque ad ſiderum altitudinem efferebantur: totus enim quantus eſt loculo conſtrictus eſt arctiori: *Is qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terrã in geſtatorio portabatur &c. Et qui paulo ante ſidera contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.* Ecce diuitiarum helluo id quod inuenies: *Loculum.* Et honorum ardelio, quis tuus futurus ſit terminus: *Loculus.* Hunc ſibi congruè Iob proponebat: *Dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.*

2. *Macha.* 8. 9.

*Iob* 17. 1.

X. Arcæ Noe mirabilis fabrica.

Admirantur omnes Arcæ Noe fabricam vtpote per ſingulas partes ab ipſo Deo diſpoſitam vt notat D. Auguſtinus ex quo ſumpſit Abb. Rupert. omnes expendens menſuras latitudinis, altitudinis, longitudinis; in parte ſuperiori, & inferiori, in diſtãtiis, in manſiunculis, vel ſeparationibus. Inter alias vt myſtica eminet, qua diſpoſuit, vt tota machina, totum continens mundũ in cubito conſummaretur: *In cubito conſummabis ſummitatem eius:* Vel vt alij legunt: *Conſummabis eam ad cubitum.* Interpretatur Card. Caiet. quod è medio ſurſum paulatim Arca in modum pyramidis anguſtior excreſceret, ita vt ſummitas eius in cubito deſineret, quod ſic fieri decretum erat, quatenus eo modo aquæ per pluuiam decidentes faciliùs defluerent: vtque nauis ex parte ſuperiori leuior ſuo Arcã pondere non inuerteret, ſed ſemper aquis ſupernataret. Obſtupenda eſt hæc ſtructura, vt Arcã adeo vaſta & ampla quæ aues omnes, & animalia complectebatur, nec non omnium neceſſaria alimenta, cubicula inferiora, media, & ſuperiora, ad cubitum conſtricta terminaretur. *Conſummabis eam ad cubitum.*

*Lib.* 15. *de Ciuit. ca.* 26. & 27.
*Lib* 4. *in Gen. c.* 18.
*Gen.* 6. 16.

Præſignat Arca hæc corpus humanum, ſic D. Augu. & Rupert. etiam expenderat D. Ambroſ.

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XI. Corpus præſignat hæc humanũ. *L. de Noe & Arca. cap.6.*

quod exactè demonſtrant ex menſuris, & proportionibus Arcæ, latitudinem cum altitudine conferentes, & latitudinem cum profunditate quæ omnia myſterijs abundant eximijs: *Arcam Noe ſi quis velit impenſius conſiderare, inuenit in eius ædificatione, deſcriptam humani corpus figuram:* de qua diximus primo die quadra. His præmiſſis, quid erit immenſam hanc machinam in cubito conſummari, niſi patenter demõſtrate, quòd quantumlibet quis magnus ſit, potens, amplus iuriſdictione, & extenſus altitudine: omnia hæc ad cubitum reuocentur talem, qualem proponit nobis Euangeliſta: *Tetigit loculum*, Meminerunt omnes hiſtoriographi prudentiſſimi illius Epitaphij quod ſepulchro potentiſſimi illius Monarchæ Cyri ſuperſcriptum legebatur: cuius tanta erat potentia ac magnitudo, vt principiũ dederit primaque iecerit fundamenta Medorum Perſarumque Monarchiæ, de quo Deus per Iſaiã ait: *Ante faciem eius ſubiecta fuerunt gentes, glorioſi terræ humiliati, porta ærea contritæ, & vectes ferrei confracti &c.* O quanta potentiæ celſitudo: cæterũ hoc eius ſepulchro inſculpebatur Epitaphiũ: *Siſte viator quicumque venis, nec enim te aduenturum ignoraui. Ego ſum Cyrus, qui Perſis imperium conſtitui Puſillum hoc terræ, quo meum tegitur corpus mihi non inuideas.*

XII. Cyri Regis Epitaphium. *Iſa. 54. 1.*

**§. 21. Hi qui portabant ſteterunt.** *Siſtunt portitores, vt vox detur viuifica, & declaratur Chriſti potentia ex philoſophia de ſole.*

☞ 69 DOmino Saluatore tangente feretrũ ſubſtiterunt qui defunctum in eo deferebãt: *Tetigit loculum, & hi qui portabant, ſteterunt.* Hoc agendi modo attentam ſibi voluit habere totam hanc populi multitudinem, quatenus ad illam eiuſque actiones oculos ſuos dirigerẽt, quo tot miraculi teſtes haberet oculares, quot præſentes conuenerant: hoc enim ipſum opere dicebat, quod olim Moyſes verbis, qui dũ prodigium illud intendit operari, quo mare diuidat medium, populo ait: *Nolite timere ſtate & videte magnalia Domini; quæ facturus eſt hodie.* (*Ex. 14. 13*) Hoc in caſu contemplor ego, qualiter ſe omnes habuerint, quàm attenti Chriſti conſiderauerint actiones ſingulas, de quo fama ferente tanta intellexerant, potiſſimum dum eum dicentem audierunt viduæ, vultu pacifico ac perbenigno: *Noli flere.* Mihi propono, multos ad illam glomeratim accurriſſe. Euge age domina, præclarum enim aliquod magnus hic tibi cõferet propheta beneficium Sic aduertit Euangeliſta Marcus: dũ cœcus ille Bartymæus altius ſolito vociferaretur à Chriſto poſtulans ſubſidium, dum eum ad ſe Chriſtus imperat adduci: quòd omnes cateruatim ad illum concurrerint dicentes: *Animæquior eſt. Surge, vocat te.* (*Marc. 10. 49.*)

I. In Chriſti miraculis aliquid ſpirituale ſpectandum eſt. *Ser. 42. & 44. de ver. Dom.*

Antequam aliò hinc emigremus has perpende ceremonias, quibus Chriſtus in mortuum reuocando vtitur: etenim priuſquam vocem emittat viuificam, acclamat illi, dicitque: *Adoleſcens tibi dico: Surge.* Manum ſuam extendit vultque portitores omnes mortuum efferentes ad tumulũ, gradũ ſiſtant immobiles. Præmonet nos D. Aug. ne Chriſti Domini miracula tantum conſideremus ſecundum id quod in ipſis videmus corporaliter, licet in ratione eius ſtupenda fuerin: vehementer ſed ſecundũ illud, quod Chriſtus per illa ſignificauit in animabus noſtris eſſe faciendum Et alio loco nos docet, ad nos ſpectare, vt Saluatoris noſtri diſcipulos imitemur, qui ſpicas manibus confricabant, vt frumentum ex eis ſibi ſelectum conquirerent. Et eo modo nobis conuenit vt miraculum hoc attendamus, in quo Chriſtus Saluator noſter huic defuncto vitam reſtituit corporalem, quatenus per illud quod in eo notauerimus, addiſcamus quo modo vita ſpiritualis ei reparanda ſit, qui per peccatum illius paſſus eſt naufragium, per illos quibus auctoritatem & ſpiritualem ad hoc tribuit ipſe poteſtatem.

II. Chriſtus vita eſt vitam dans mortuis. *Pſ. 67. 21. Apoc. 1. 18.*

Siquidem verum eſt quòd Chriſtus Dominus noſter ipſe ſit, de quo teſtatur Apoſtolus. *Qui viuificat mortuos:* quia proprium illius eſſe, hoc eſt, vt vita ſit: quia verò hoc ita eſt, illum D. Ioannes ſæpe numero hoc nomine compellat. Quinimo & ipſe Chriſtus apud D. Ioan. ait: *Ego ſum vita.* Et de eo cecinit Dauid: *Domini, Domini exitus mortis* q. d. Huic Domino proprium eſt mortis vincula diſſoluere, vt det ei vitã cui voluerit: etenim Dominus vniuerſorum eſt. Et ſit apud D. Ioa *Habeo claues mortis & inferni.* Quocirca dare vitam quibuſlibet mortuis, quolibet mortis genere corporali & ſpirituali ab eius dependet poteſtate & voluntate. His nõ obſtantibus quãtis ſic abſolutus ſit Dominur, eo ſe modo gerit in reſuſcitandis mortuis, vt antequam vocem emittat verbũ illud ſuum efficax & potẽs: *Adoleſcens tibi dico: Surge* &c. Velit primo ſiſtant gradũ funeris portitores, quatenus intelligant Miniſtri Euangelij quibus diuina ſua gratia auctoritatẽ tribuit excitandi mortuos, morte ſcilicet per peccatum ſpirituali ſola virtute verbi ſui, Patres Confeſſarij, & miniſtri Sacramenti Pœniten-

*Ioan. 20.2.*

tiæ,quibus Saluator noſter ait: *Quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Vt priuſquam vocem proferant & verba pronuntient: *Ego te abſoluo*. Verba, inquam, animas peccato mortuas viuificantia, manum extendant, & iubeant, vt omnino gradum figant portitores.

III. Dignitas ſacerdotis in abſoluẽdo.

*Iob 40 4.*

Admirabilis eſt illa virtus, quam illis Deus communicat ſic vt tantæ gratiæ præcellentia deberet illos excitare, vt omnium oculis ſplendere conarentur,virtutum ſplendoribus exim is: Et hoc ait ipſe Iob: *Si habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas,circumda tibi decorem,& in ſublime erigere,& eſto glorioſus,& ſpecioſis induere veſtibus.* Tanta requiritur potentia vt vel vnus de peccato educatur mortali,illique concedatur illius remiſſio & abſolutio, vt neceſſaria ſit potentia diuini brachij, quæ hoc poſſit operari. Eſt autem & illa tantæ maieſtatis vox ,vt peccatorum abſoluat vincula mortalium,dicendo:*Ego te abſoluo*, quæ voces quorumlibet tonitruum omnium maximè terribilium ſuperat infinities. Vnde patet,dum Dominus noſter Magdalenæ & paralytico ait: *Remittuntur tibi peccata tua*, quòd omnes ſtupore nimio perculſi fuerint verba hæc audientes; dixerintque ſibi mutuo: *Et quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus.*

*Luc. 5. 21.*

Inſuper Chriſtus hic loquitur imperſonaliter: *Remittuntur*,& non in prima perſona; vt in hac occaſione cum modeſtia loqueretur, ſic ſentiunt D.Chryſoſto. Theophilact.& Euthimius.Quam non maiorem in eis moueret admirationem, ſi dicentem eum audirent in prima perſona: *Ego dimitto tibi peccata?*

Hinc patet tibi,quanta ſit auctoritas & poteſtas Confeſſarij, etenim habet brachium ſicut Deus,& voce ſimili tonat. Manifeſtum eſt quòd qui tantam à Deo virtutem aſſequitur, non illi ſufficiat vitam ducere vulgarẽ ſed agere debeat in omni virtutum excellentia cæteris longè ſuperiorem: *Se erigat in ſublime*; vel vt ait Apoſtolus: *Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum*; vel cœleſtia tantum inquirendo, & ad ſuprema anhelando vel terrena & ſublunaria deſpiciendo, vel ſupra ſe raptus rerum diuinarum iugi vacando contemplationi. Talique modo procedat, vt velut primario virtutum ornamento decorus ac glorioſus illud Iob ſibi poſſit vſurpare: *Iuſtitia indutus ſum,& veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo.* Tandem conari debet exemplum imitari Saluatoris, Chriſtus etenim antequam verba hæc viuæ proferret, voluit prius ſiſtere portitores, vt ſibi perſuadeant Confeſſarij, & miniſtri Sacramenti pœnitentiæ, priuſquam illa verba pronuntient, verba potentia & efficacia ad abſolutionem peccatorum: *Ego te abſoluo*,procurent, vt pœnitens gradum ſiſtat, nec in peccatis, paſſionibus, & motibus inordinatis vltra progrediatur; ſunt enim hi acerbi funeris portitores,vt ceſſet auaritia,ſintque certi quòd pœnitens male parta reſtituerit. Quod ſi pertinax non à furto deſtiterit, & aliena non reſtituerit: nequaquam abſoluatur,donec conſtet quòd iis ſe expedierit, illaque non retineat, ſed potius ea proprio Domino reſtituerit. Vt ceſſet impudicitia, & ſtudiosè circumſpiciat vtrum proximas eius reliquerit occaſiones, ex quibus proximè ſequitur Dei offenſa,quod ſi illas minimè vitauerit, ſed potius illis cinædus inhæſerit, illi negetur abſolutio. Hoc indicat illa ceremonia qua Confeſſarius vtitur, dum pœnitenti abſoluendo imponit manum. Iſti ſunt portitores; quod ſi gradum non fixeris in itinere quo ad tartara feſtinas, hoc tibi perſuaſum habeas, quòd abſque dubio æternùm in eo ſis periturus.

*Philip. 3.13.*

*Iob.29. 14.*

IV. Antequam abſol-

nat, extendat cũ Chriſto manũ vt ſiſtant portitores.

V. Qui ſint funeris portitores.

O chariſſime quot acerbos habes portitores qui te ad inferna rapiunt; eſt autem tartarus cœmiterium plenum ſepulchris,quæ Deus Ezecheli vati monſtrauit, in quo plures vidit tumulatos,& qui ſecum portitores ſuos habebant, qui illos eò deduxerant, quoſdam auaritia, alios impudicitia, alios ſeditio &c. & omnes ibidem ſepulti iacebant, in æternum cruciati: Tot habes tu portitores, quot ſunt peccata quæ committis. Heu quanta illum celeritate ad tartara rapiunt: *Ad infernum quo tu properas.*

*Eccle. 9.10.*

Hugo Cardinalis expendit verbum illud *Properas* quod in S.eloquio ſignificat magno cum affectu & diligentia itinerari. O quanta diligentia ad tartara proficiſceris, quinimo te rapiunt ſicut vas illud infelix quod vidit propheta Zacharias, & mulieres illæ alis milui ornatæ rapiebant:mirabile ſymbolum peccatorum, nominatim verò impudicitiæ, & auaritiæ. Interrogat Angelum propheta: Domine mi, quo deducũt mulieres illæ vas illud infœlix? Reſpondet ille: in terram Sennaar,in campum Babyloniæ, vt ædificetur in ſepulchrum in ſempiternum. Eò te abripiunt flagitia in campum Babyloniæ tartareum: *Vbi nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat.*

*In cap. 9. Eccle.*

*Zach. 5. 9.*

*Iob. 29. 22*

Sunt & alij portitores [illegible] ad ſepulchrum rapiunt culpæ,ex quo ſolus te Deus valet eripere. Illos dixerim eſſe peccatorũ occaſiones, talis nempe domum frequentare, tabernam adire luſoriam, ximæ domi tuæ eam retinere,quæ tibi lapis eſt offenſionis,

VI. Occaſiones prohibendæ tollendæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſionis,nuntia,ſchedulæ,munera &c.Factum ob-
ſtupeſco vatis Ezechielis:vocatur à Deo.Prophe-
ta:loquere Domine quia audit ſeruus tuus. O-
culos tibi velo obnubila,& iuuenes conuoca ro-
buſtiores, qui te in humeris ſuſtollant & mediæ
noctis caligine per præcipitia deferãt, quaſi ad
Ezec.12.6 ſepulchrũ,ſicque hoc tota ſpectante ciuitate: *In
conſpectu eorũ in humeris portaberis,in caligine ef-
fereris,faciem tuã velabis.* Si quæſierint à te quæ-
nã hæc larua eſt?Reſpondebis eis:veſtræ ſymbo-
lum eſt infelicitatis:*Cum te interrogauerint:quid
tu facis? Dic ad eos.Ego portentum veſtrum.* Hoc
præſagium eſt eorum quæ vobis veſtroque Regi
Sedechiæ euenient,ex vobis contingit:vos enim
voſipſos humeris veſtrorum imponitis affectuũ,
& paſſionum ſupra modum vehementium : qui-
bus vos duci ſinitis ad talis ædes ; & hic ſepul-
chrum veſtrum eſt: & tu ad domiciliũ auaritiæ,
laqueus hic eſt diaboli,quo te ad animæ tuæ cõ-
ſtringit perditionem. O quam te celeriter abri-
piunt,ô quot adoleſcentes vitia ſua abripiunt ad
In cap.7. ſepulchra,quæ D.Ambr. congruenter appellat:
D.Luc. *Acerbos funeris portitores.*
☞ 70 Amore feruebat inordinato Amnon filius Da-
2.Reg.13. uid primogenitus , & in ſororis ſuæ Thamar
VII. concupiſcentia exardeſcebat nimis , ſic vt maciẽ
Mali inde cõtraheret. Tantum horret committere fa-
conſilia- cinus, ſororis propriæ non audet violationẽ.Ac-
rij ad cedit illum amicus illi & affinis iuuenis nomine
peccatũ. Ionadab. Quid tibi dolet Princeps illuſtriſſime ?
Amore langueo, Thamar amplexus exopto, ſed
reuocat criminis enormitas. Vade, inquit ille ;
Quis Principem detineat illuſtriſſimũ? In ſtrato
decumbe,morbum ſimula, & à patre expoſce vt
Thamar mittat tibi cibum & eſculeta miniſtra-
turam : cum autem eã in cubiculo clauſam ha-
bueris,ei pro libidine tua ſociare. Conſiliũ hoc
ſecutus adimpleuit. O proditores: ſiccine ado-
leſcentes ad ſepulchra rapitis, & ad ſcelera pro-
uocatis , quæ committere non præſumpſerant ?
Hie.23.14 *Confortauerunt manus peſſimorum.* Caue tibi mor-
talium flagitioſiſſime : veniet dies in qua Deus
hanc à te repetet animam; dicetque. Vbi eſt Abel
frater tuus; Quod igitur maximi refert,antequã
dicat Confeſſarius: *Ego te abſoluo,* hoc eſt vt ex-
tendat ille manum ſuum , iubeatque vt gradum
ſiſtant acerbi funeris portitores. Ceſſet impudi-
citia, vſura, detractio ; finem accipiant occaſio-
VIII. nes,& illi exturbentur , qui has tibi ſuggerunt.
Non cito Domo tua elimina illud offendiculum,ad habi-
danda eſt taculum alterius ne vltra diuertas ; contractus
abſolu- iniqui reſcindantur , non enim quàm primum
tio. pœnitens accedit illi dicendum eſt.*Ego te abſol-
uo.* Strictè prius examina , extende manum per-
pende an iam peccata finem acceperũt, eorum-
que occaſiones,nam etiam hoc inter alia ſignifi-
cat illa manus ſuper pœnitentem extenſio, ſicut
Chriſti ſuper defunctum. q. d. Siſte gradum,
non vltra progrediaris. Dicendum tibi eſt ( in-
quit D. Ambroſius ) pœnitenti,quod Deus Cai- Lib.2. de
no(iuxta lectionem Septuaginta)*Peccaſti?quieſ-* pœn.c.11.
*ce.* Perpendit hoc eleganter D. Cyprianus de Gen.4. 6.
Confeſſariis illis conqueſtus , qui prætermiſſa D.Cypr.
neglectaque hac diligentia ſtatim pœnitentes Ep.10. ad
abſoluunt: *Properandum tamen non puto, nec in-* Presbyt.
*caute aliquid & feſtinanter gerendum , ne dum te-* & Diac.
*mere pax vſurpatur , diuinæ indignationis offenſa* & lib. de
*grauius prouocetur.* lapſis &
Ad bolidem hic cadit cautio illa prudentiſſi- epiſt.12.
ma Principis Iehu,quem Deus elegit præcepit-
que vt impij Regis Achab familiam funditus
exſtirparet. *Erant autem Achab ſeptuaginta filij* 4.Reg.10.
*in Samaria.* Siue omnes filij fuerint, vt opinatur In l.4.
Abulenſ. vel nonnulli ex illis filij , nepotes alij, Reg.c.10.
vt arbitratur Lyran. Illos omnes delere intendit q.2.
Princeps Iehu,& oppidanos conuocans ait illis; IX.
Adſum ego , qui vos de tyrannide liberẽ impiſſ- Verba
ſimi Regis Achab quem cum omni ſtirpe ſua ad pœnitens
vnum vſque auferam de terra. Et nos idem in- prius
tendimus,noſque habes hic ad votum paratiſſi- compleat
mos:*Serui tui ſumus, quæcumque iuſſeris faciemus* opere.
&c. Non ſolis verbis adhibuit fidem prudentiſſi-
mus Princeps ſed opere verba voluit impleri ;
quocirca ait illis. Si verum ſit,quòd paratis ſitis
meam exequi voluntatem vt dicitis, adferte mi-
hi filiorum Regis Achab capita vt oculis meis
hæc ipſa conſpiciam, & per hæc certò mihi cõ-
ſtabit , quòd peruerſam hanc velitis mecum era-
dicare familiam: *Si mei eſtis,& obeditis mihi,tol-
lite capita filiorum Domini veſtri,& venite ad me
hac eadem hora cras* &c.Hoc muneris Confeſſa-
rij.O quot verba promittit bona pœnitens? Quo-
ties iurat , quòd impios omnes Achab ſacrilegi
filios id eſt dæmonis exſtirpabit , & hæc ſcelera
ſunt. Quàm familiare eſt dicere : *Serui tui ſu-
mus,quæcumque iuſſeris, faciemus.* Pater mi,eſto
ſecurus;quæcumque dixeris mihi, promptiſſimẽ
faciam,etenim confeſtim male parta reſtituam;
de domo illam eiiciam quæ animam mihi peſſi-
mè rapuerat; denuo numquam meis talem ocu-
lis intuebor : Non oportet vt adeo leuibus tuis
promiſſis fidẽ habeat Confeſſarius,ſed ad oculũ
ſpectare debet opera quæ verbis dictiſque con-
ueniant.Adferte ad me capita iſtorum filiorum:
*Tollite capita filiorũ Domini veſtri.* Capita pecca-
torũ,eorũ eſſe dicimus occaſiones. Per integrũ

exſpecta menſem,& videam qualiter ingreſſum domus illius omiſeris, quæ lapis tuæ fuerat perditionis: Vade,& eiice primum ſcandaloſam hanc ſocietatem: in domum tuam reuertere, & furto ablata reſtitue. & dum hæc feceris ad me reuertere: *Venite ad me cras eadem hac hora.* Hic ſedentem inuenies: te namque hic præſtolabor. Vtinam hæc fierent? Quàm ad regulam hæc vox audiretur: *Ego te abſoluo.* Sicut à Chriſto, quando ſteterunt feretri portitores: *Adoleſcens tibi dico ſurge.*

X. Chriſtus vitæ mortiſque eſt Dominus.

☞ 71 Aliud denotatur hic ab Euangeliſta myſteriū in eo quod ait, quòd manu ſua Dominus funeris portitores ſtare iuſſerit, quo nobis exponit ſibi proprium eſſe vitæ dominium & mortis: etenim ſolus eſt, qui ſiſtit & detinet eos qui ad tumulum mortuos efferunt. Et quantum ſapio recordatur Euangeliſta eius quod tempore Ioſue ducis inclyti contigit; eius etenim imperio ſol curſum ſuum ſuſpendit: *Stetit ſol.* (Ioſue 10. 13.) Domeſticè notum eſt vmbram præfigurare noſtram vitam: *Dies eius ſicut vmbra prætereūt*, canit regius pſaltes: (Pſ. 143. 4.) cui conuenit Iob: *Fugit velut vmbra.* (Iob. 14. 1.) Symbolo non poteſt aptiori declarari celeritas qua vita noſtra ad mortem feſtinat: & quam vix vllum ſit eam detinendi remedium. Præproperè peruolat vita noſtra. Quam præproperè? ſicut nuntius velociter percurrens, ſicut ventis inflata nauis, ſicut auis leuiſſima; hæc etenim ſunt ſymbola, quibus hoc in SS. litteris ſolet explicari. Parum eſt hoc; ſed bene hoc exponit: *Vmbra quæ fugit*; Non ait quæ tranſgreditur: vt dixerunt Dauid, eiuſque filius Salomon, ſed quæ fugit: *Fugit velut vmbra.*

XI. Cur vita noſtra cōparetur vmbræ.

Ordinariè dicis: aliud eſt fugere, & aliud currere: & bene quidem: etenim qui fugit, gradum non ſiſtit aut precibus aut vocibus motus: etenim vitæ illius intereſt, minimè remorari. Sic & vita *Fugit*, An ergo adeo velox & feſtina, ſicut mancipium de ſeruitute fugiens: aut Regem fugiens homicida? velocior: fugiens enim occurrere poteſt illi, qui eum detineat, aut offendere in lapidem, vel cadere. Vitæ vero nihil eſt quod fugienti moram iniiciat: *Fugit enim velut vmbra.* Manum iniice, ſi vales vmbræ, ſtatue in itineribus cuſtodes an illam poteris fugientem apprehendere? Nullas agnoui vires, nulla ſtratagemata, nullas fraudes ad hoc ſufficientes: etenim à curſore leuiſſimo ſole ſcilicet dependet: & ſolus eā hic poterit remorari, qui ſolus poteſt habenas conſtringere. Vita noſtra à motu pendet ſolis, & cœlorum: ſunt enim temporis ſubiectum. Sicut autem non eſt, qui ſolis valeat retardare curſum, ſic nullus eſt qui noſtræ valeat vitæ curſum detinere.

Hanc, credo, philoſophiam, indicauit Salomon: *Non eſt in poteſtate hominis prohibere ſpiritū* (Eccle. 8. 8.) (vel vt alij legunt: *Continere ſpiritum*) *nec habet poteſtatem in die mortis.* Per ſpiritum duo inter alia ſignantur: primò, anima quæ eſt in corpore, & dicitur ſpiritus: quia corpus viuificat, ex quo vita dependet. Ita Euangeliſtæ vt exprimerent qualiter Chriſti vita terminaret, dixerunt: *Emiſit ſpiritum.* (Matt. 27. 50.) Secundo Sol intelligitur: ſic eum vocat Salomon: *Luſtrans vniuerſa per circuitum pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.* (Eccl. 1. 16.) Sic opinatur Abb. Rupert. (Lib. 4. in Gen. c. 12.) illud interpretatus quod legimus de ſpiritu in Geneſi: *Adduxit ſpiritum ſuper terram,* (Gen. 8. 1.) qui ſiccauit aquas: per ſpiritum enim radij capiuntur ſolares: & frequens erat inter philoſophos eum vocare ſpiritum, animamque mundi: ſicut diſputat D. Auguſtin. (Lib. 4. de Ciuit. c. 11.) eiuſque commentator. Pari greſſu procedunt ſpiritus vitam corpori tribuens, & ſol eam mundo ſuo miniſtrans motu. Nemo ſpiritum poteſt in corpore ſiſtere, nec vitam ab ipſo promanantem: quia nemo ſolem per cœlum currentem habet retinendi poteſtatem. Huic conuenit philoſophia piiſſimi & ſapientiſſimi regis Ezechiæ. Dies vitæ ſuæ triſtatur iam finiri, quæ fugit velut vmbra, & tendere velociter ad mortis occaſum. Ad lachrimas confugit, rogatque remedium. Quis hoc illi poteſt elargiri?

Solus Deus: vt enim ſolem poteſt cohibere, & retro agere curſum eius, poterit ſimiliter vmbrā horologij ſuſpendere, imo retropellere eodem paſſu quo ſol retrogradeſceret. Nullus igitur cōtinere valet vmbram vitæ, & ad curſum cogere retrogradum niſi qui hoc cum ſole faciendi habet potentiam. Hoc autem ſolus efficere poteſt ter magnus ille Ioſue Chriſtus vt in factis, ita & in nomine præfiguratus in nobiliſſimo illo duce ad cuius vocis imperium: *Sol ſtetit.* Hic eſt qui mortem continet properantem, quæ velut lupa carniuora agnum hunc ad ſepulchri rapiebat antrum deuoratura: *Qui portabant ſteterunt.* Ampliſſimus hic nobis pateret campus, vt oſtenderemus qua ratione mors Chriſto fuerit volūtaria: ſic vt etiam cruci confixus vitam potuerit cohibere, nec mori; iuxta id quod dixerat: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* (Ioa. 10. 17.) Hoc enim poterat qui talem habebat poteſtatem qua de ſole hoc agebat quod ſibi bene ſederat, & pro beneplacito voluntatis. Qui tali viget in ſolē poteſtate, cuius curſus vitā noſtram ad morte deducit,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

potetit optimè vitam, quantum ſibi bene placuerit cohibere, mortemque quomodo, & quando pro libera diſponere voluntate.

§. 22. Adoleſcens tibi dico: Surge. *Hac voce ſe Chriſtus Deum oſtendit: Efficax fuit illud:* Tibi dico. *Emphaſim habuit hoc miraculum ad gloriam Saluatoris.*

☞ 72 OMnibus attentè ſpectantibus quid Dominus eſſet acturus, & quis harum foret finis ceremoniarum: attollit vocem: *Adoleſcens tibi dico, ſurge.* Voluit ſe Chriſtus probare filium Dei: ad hoc fecit ea quæ fecit miracula: [*Io*. 20. 31] *Vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei.* Inter illa cæteris eminent, quæ patrauit reſuſcitando [*Rom*. 1. 4.] mortuos: *Prædeſtinatus* (legunt Græci *declaratus*) *eſt filius Dei in virtute &c. ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti.* Et hoc non tantùm quoad opus, quantum ad modum quo iſta perfecit non [I. Chriſtus imperans mortuo ſe Deum oſtendit. *Vide Hq.* 2. *nu.* 19.] precibus ad Deum humilis intercedens, vt mortuum ad vitam reuocaret, ſicut Elias, Eliſeus, ſed potens imperio vt Dominus abſolutus, mortis vitæque habens poteſtatem. Hoc modo agit. Illud *Dico* idem eſt ac *Mando.* Canit Dauid *Ipſe* [*Pſ*. 148. 5] *dixit & facta ſunt.* Quid eſt *Dixit*? *Mandauit & creata ſunt.* Hac phraſi dixit Apoſtolus: *Deus qui* [2. *Cor*. 4. 16.] *dixit de tenebris lucem ſplendeſcere.*

Notat ſubtiliter D. Gregorius Nyſſenus lib. [*L. teſtim. contra Iudæos.*] *Quod Chriſtus ſit Deus,* illa toties repetita verba Patris æterni ad Moyſen: quibus promittit ſe filium ſuum miſſurum factum hominem, ex eodem ſemine Iudæorum: *Prophetam ſuſcitabo eis* [*Deut.* 18. 18.] *de gente tua & de medio fratrum tuorum &c.* Et in quo cognoſcemus eum? In eo quod: *Dabo verbum meum in ore eius.* *Perpende* cum D. Greg. Nyſſen. *Vim dicti*: ſi namque hoc bene conſideraueris, in ſolo Chriſto noſcitur impletum: *Dabo verbum meum in ore eius.* q. d. eodem mecum idiomate loquetur. Quod eſt idioma Dei? Potens adeo vt ſolo vocis imperio quidlibet efficiat: cuique tam facile ſit condere Seraphim, ac formicam: etenim æqualis eſt operæ: fiat hoc, ac, fiat illud.

Hæret D. Ambroſ. in modo loquendi S. Scripturæ, quoad mundi creationem, & potiſſimum [*Gen*. 1. 20] verba illa trutinat: *Dixit Deus producant aquæ reptile.* Notandum (inquit) quàm breuia ſint hæc verba: *Dixit Deus*: & ea quæ per illa creata ſunt [D. AMBR. *L.* 5. *Hexam. c.* 2. *Tom.* 1.] tanta tamque grandia illis oppone: *Breuis ſermo: ſed vehementer & latè patens. Communem minimis & maximis naturam infudit. Eodem momento producitur balæna, quo rana, eiuſdem vi operationis naſcitur. Non laborat in maximis Deus, non faſtidit in minimis: nec doluit natura parturiens delphinos, ſicut non doluit cum exiguos murices cocleaſque produceret.* Hoc eodem, inquit Deus, hic [II. Chriſtus Dei lingua loquitur, quæ eſt omnipotens.] propheta loquetur idiomate. Verbum eius, diuinum erit: ſolo namque eius robore aut imperio quælibet operabitur. Hoc in alijs non experieris prophetis: ſiquidem cum Dei nuntia referebant ad populum, ſupponebant, illa eſſe non ſua, ſed Dei verba, quocirca dicebant: *Hæc dicit Dominus: Neque enim alicui alij Propheta dixit, ſe dixiſſe verbum: ipſi enim ſeruorum more miniſtrantes* [D. AMBR.] *dicebant: hæc dicit Dominus.*

Porrò Chriſtus vt filius Dei legitimus, loquebatur vt Deus, & diuino operabatur idiomate, mandando leproſo: *Mundare.* Paralytico: *Surge*: defuncto: *Veni foras. Iſte vero pro patria dignitate dicebat leproſo. Volo, mundus eſto: mortuo, tibi dico, ſurge: Mare increpat, etiam flatibus, pro poteſtate dicens: ſile refrænare, obmuteſce &c.* Loquitur vt Deus meo potentiſſimus imperio. Quinimo notat hoc Apoſtolus vt Chriſti confirmet diuinitatem illis verbis quæ aliàs expoſuimus: [*Hebr*. 1. 3.] *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Et hoc ipſum eſt (inquit D. Ambroſius) quod nobis prædixit [*Iſa*. 40. 10] Iſaias: *Ecce Dominus cum viribus, & robore veniet, & brachium eius cum virtute, & poteſtate naturali.* Sic ipſe prædicta plena myſterijs tranſfert. Tali veniet fortis virtute, quæ ſe Dominum declarabit, atque vt talis ſola verbi ſui virtute operabitur.

His conformiter expendit Doctor Angelicus [*In cap.* 4. *Heb. lec.* 2.] Apoſtoli verba, quibus verbi diuini declarat efficaciam: [*Heb.* 4. 12.] *Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Eſt ſermo Dei vi- [III. Quis ſit ſermo viuus.] uus, in quo differt viuus à mortuo? Qui viuit operationes habet in ſe vitales, & ab intrinſeca ſua virtute dimanantes: mortuus, nequaquam: nec aliquid de ſe facit, niſi per agens motus extrinſecum: non enim mortuus pollet viribus, quibus brachium attollat, vel cum illo aliquid operetur: cæterum poteſt viuus operari, illo vtens brachio, quod in ſe mortuum eſt nullaque virtute præditum. Sermo noſter mortuus eſt: quia ex ſe nulla virtute pollet operandi: & ſi quid illi agendum ſit, hoc agere debet à Deo motus vireſque mutuatus, ſicut in Sanctis, dum miracula patrabant, & in ipſo opere quod miniſtri Sacramentorum efficiunt: Verumtamen ſermo Dei viuus eſt, quia in ſeipſo, & per ſeipſum virtutem habet operandi, nec eam ab alio debet emendicare extrinſeco, vt videmus in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

creaturarum productione, alijſque eius operi-
bus;inſuper ea de cauſa in verbis quæ diximus
ſecundum lectionem D.Gregor. Nyſſ. ait Iſaias:
*Cum virtute & poteſtate naturali.* q.d. Virtus il-
la à principio illi prouenit intrinſeco. Hoc eſt
eſſe ſermonem viuum: quòd illi poteſtas eſt na-
turalis quam ex propria habeat natura,nec opus
ſit illi per ædes illam emendicare alienas, nec à
vicinis extra ſe poſtulare ſubſidium.

☞ 73 Deinde addit:*Penetrabilior omni gladio ancipi-*
IV. *ti:*efficaciùs operatur,& intimiùs verbo ſuo Deus
Et omni penetrat,& celeriùs eius effectum producit, &
gladio cordis viſcera peruadit, abyſſi vitæ ac mortis,
penetra- imò etiam ipſius nihil, quàm tu gladio poſſes
bilior. acutiſſimo. Quinimo hæc eſſe debet ratio ob
quam ſe D.Ioanni oſtendit gladium ore profe-
Apoc.1.17 rẽtem limatiſſimum: *De ore eius gladius ex vtra-*
*que parte acutus exibat.* Milites ad certamen
prodeunt contra inimicos ſuos manibus gladios
geſtantes: Iſto Dauid victoriam obtinuit de Gi-
gante,& Iudith de Holoferne: quinimo de ipſis
Pſ.149.6. Sanctis cecinit Dauid: *Gladij ancipites in mani-*
*bus eorum,ad faciendam vindictam in nationibus.*
Verumtamen Chriſtus gladium gerit,quo ſcin-
dit,vincit,caſtigat, & quidlibet agit, in ore ſuo,
gladium ancipitem:nihil enim eſt,quod ei reſi-
ſtat:*Gladius ex vtraque parte acutus.* Talis ete-
nim eſt ſermonis illius efficacia,vt per illum pro
beneplacito quælibet efficiat:illo viuificat & oc-
cidit:dat ſalutem & infirmitatem:illo ſuum pro-
2.Theſſ.2. ſternit inimicum Antichriſtum: *Quem interficiet*
8. *Dominus Ieſus ſpiritu oris ſui*, conformiter Iſaiæ
Iſa.11.4. vaticinio:*Percutiet terram virga oris ſui & ſpiritu*
*labiorum ſuorum interficiet impium.* Hic igitur eſt
ſermo Dei, iſto ad diuinitatis confirmationem
operatur:illo ſolo vtitur ad mortuos reſuſcitan-
dos: *Adoleſcens tibi dico, ſurge:* proinde iſto ſolo
Pſ.34.3. Dauid ſibi congratulabatur: *Dic animæ meæ: ſalus*
*tua ego ſum.* De quibus diximus cum de Centu-
rione ageremus.

V. Quàm primum hoc illi Dominus præcepit,
Explica- ſurrexit adoleſcẽs, *Et reſedit, qui erat mortuus,&*
tur quid *cœpit loqui.* Duo egit, quorum ſingula patentiſ-
ſit:*Reſe-* ſimum veræ vitæ ſunt argumentum: vt notat D.
*dit.* Bonauentura in hunc locum. Ex duabus actio-
bus colligitur, quòd aliquis verè viuat. Primum
ex reſpiratione. Secundum ex motu, bina hæc
in hoc perpẽde Adoleſcente: primum eſt motus:
*Reſedit:* q.d. medio corpore erexit ſe,& reſedit in
feretro,ſed non taliter qualiter,imo diuerſos mo-
tus faciendo,ſe in feretro huc illucque commo-
uendo:hoc enim ſignificat *Reſedit.* Idem feciſſe
legitur bona illa vidua Tabitha,quando eam D.
Petrus à mortuis reuocauit: *At illa viſo Petro* Act.9.40.
*reſedit.* Illo verbo ſignificat S. pagina magnum
robur,quo quis ſeipſum in loco confirmat, ſicut
dum ſcribitur de fortiſſimis Machabæis: *Sum-* 2.Mach.
*ptis armis proximi hoſtibus effecti reſederunt.* 10.27.

Secundum: reſpiratio quam oſtendit in lo-
quendo:*Cœpit loqui:* ſi namque ſolus habitus ex
ore egreſſus euidens vitæ ſit indicium; egreſſus
halitus cum loquela magis vitam confirmat:
*Cœpit loqui.* Non ait Euangeliſta, quod dixerit
D.Bonauent. opinatur, quod verbis ſuis Deum
glorificauerit his vel ſimilibus: *Dominus benefe-* Pſ.114.8.
*cit mihi,qui eripuit animam meam de morte &c.*
Verùmtamen ad noſtram inſtructionem notandũ:
quàm efficacia fuerint illa verba: *Adoleſcens tibi* VI.
*dico: ſurge,* ad reſuſcitandum mortuum adoleſcẽ- In parti-
tem:quia ſimiliter efficacia ſunt verba quæ pec- culari di-
catori,in particulari dicuntur:*Tibi dico.* Sæpe nu- cendum
mero prædicatores ad vitam non reuocant pec- & ſumẽ-
catores mortuos:quia loquuntur in communi,& dum ver-
nemo verba accipit quaſi ſibi dicta in particula- bum præ-
ri,quinimo ſinguli ad alios directa arbitrantur. dicatoris.
Quando latrones arguuntur, credit fœnerator,
ſibi hæc non dici:ipſe enim eſt laruis contectus;
& quando reprehenduntur impudici lenones, o-
pinatur alter quòd tantum loquatur illo qui pu-
blicè notus eſt.

Hanc allegauit Deus rationem, cur tam pau- 74 ☜
cum mandata eius adferrent fructum,à prophe-
tis prædicata,etenim illa ſic audiebant, quaſi ad
illos hæc minimè ſpectarent: *Scribam eis multi-* Oſe.8.12.
*plices leges meas, quæ velut alienæ computata ſunt.*
Illis ego ſcriptas prædicabo leges meas: ſed ſin-
gulis videntur, quaſi non illos ſed alienos tan-
gant: *Quæ velut aliena computata ſunt. Tibi dico.*
Quàm ſui negligens & ſocors nimis iacebat
Dauid adulterio,& homicidio ſepultus, quo po-
pulo lapis erat offenſionis? Et licet Nathan in-
traret, Regi loqueretur, & propoſitâ parabolâ
prædicaret,numquam illi in mentem venit illam
ſibi applicare debere parabolam, vnde dum iu-
dicat,rectè alterum condemnari, in peccato ſuo
contumax, ipſe perſiſtebat nec illud aduertebat,
donec illi Nathan diceret:*Tu es ille vir.* Omnibus
Chriſtus loquitur:*Omnes vos ſcandalum patiemini* 2.Reg.12.
&c. Proſilit D. Petrus: *Et ſi omnes, ſed non ego.* 7.
Domine, ſi diues auri ſitientiſſimus clamnetur, Matt.26.
ob non erogatam eleemoſynam: *Sed non ego.* 31.
Si perierint agricolæ cenſuales, qui debitum vi-
neæ fructum non retulerunt: *Sed non ego*: illi
namque primogenitum occiderunt; *Sed non ego.*
Semper ſibi peccatores perſuadent, aliquid in
ipſis eſſe, cuius gratiâ de ipſis quod dicitur non
intelli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intelligatur. Idcirco neceſſe eſt loqui in ſingulari, ſicut D. Ioannes Baptiſta adultero Herodi; Matt.6.18 *Non licet tibi habere vxorem fratris tui*: donec etenim ad illud punctum acceſſit, numquam intellexit Herodes, quod de ipſo loqueretur, quinimo libenter & arrectis auribus eum auſcultabat; *Libenter eum audiebat*: Quando eò deſcendit, *Non licet tibi*; tibi dico Herodes tunc intellexit, tunc ægrè tulit, tunc turbatus eſt. Vtinam ad ſingularia poſſemus deſcendere, & dicere tibi, *Tibi dico*. Tibi dico talis, quòd fœnerator ſis iniuſtus, bonorumque pauper ſanguiſuga; *Tibi dico* Domina, quòd ſub titulo ſecreti ad tuas procurras luxurias: *Tibi dico* Domine qui ſub iuſtitiæ pallio ſubditos tuos exſpolias; & eo modo ſumenda tibi forent verba Prædicatoris ſic vt tibi perſuadeas, quòd tecum in ſingulari loquatur, & nequaquam permittendum vt verbum à te ad alium & alium, te ab omnibus remanente vacuo, tranſgrediatur. Eleganter hoc dixit Spiritus S. diſtinguens à ſtulto ſapientem; qualis eſt ſtultus? Inſtar confracti vaſis quòd diuini verbi liquorem illi infuſum minimè retinet: Eccli.21.17 *Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit*. Quid agit ſapiens? Intelligit, & ſibi aſſumit quod à prædicatore dicitur, quaſi ipſi ſoli loqueretur; *Verbum ſapiens quodcumque audierit ſcius laudabit & ad ſe adijciet. Audiuit luxurioſus & diſplicebit illi, & proijciet illud poſt tergum ſuum.*

Reſuſcitatum iam adoleſcentem, & in feretro reſidentem manu ſua Saluator noſter apprehendit, extulit, eduxit, deditque matri ſuæ. Accipe mater, ecce filius tuus, illo ad ſalutem læta perfruere, *Et dedit illum matri ſuæ*. Notandus hic eſt cum D. Bonauent. modus loquendi Euangeliſtæ; *Dedit illum matri ſuæ*. Quando Spiritus S. refert qualiter Elias ad vitam reuocauerit filium Sareptanæ, non ait: dedit illum matri ſuæ ſed ſed *Tradidit eum matri ſuæ & ait illi: en viuit filius tuus*. Similiter quando Eliſeus Sunamitidis filium excitauit, non ait: dedit illum matri ſuæ ſed vocans famulum ſuum Giezi, ait illi: dicito Sunamitidi; *Tolle filium tuum*. Non dicitur quod illos matribus ſuis dederunt; etenim aliquid dare, propriè conuenit eius Domino legitimo. Non erant autem illi Domini vitæ illorum, quos reſuſcitabant, vnde illos dare abſolutè non poterant; at Chriſtus abſolutus eſt Dominus cum plenaria poteſtate & dominio viuorum & mortuorum, & poteſt dare & diſponere de vita & morte pro beneplacito; *Dedit illum*. Non fuit teſtitutio eius quod viduæ erat, ſed in anuum ſuarum donum liberale.

VII. Emphaticè dicitur: *Dedit illum.*

3.Reg.17.23.

Nobis vlteriùs non dicit Euangeliſta quid vidua mater egerit, ſed piè credendum eſt, quòd minus non fecerit, quàm vidua Sunamitis cum Eliſeo, dum illi filium à morte reſuſcitauit; etenim narrat S. pagina, quòd dum illum tradidit matri rediuiuum, corruens ad pedes eius feſtina præ gaudio vatem adorarit: *Quæ venit & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram*. Notat hic Cardinalis noſter Caiet. hæc verba, quibus exponitur quantâ prophetam exceperit reuerentiâ. Quando primum illum adijt mortem ſui nuntiatura, ad pedes eius corruit, quos adeo fortiter conſtrinxit, vt puer Giezi illicitam eſſe iudicaret hanc tangendi licentiam; quocirca illam conatus eſt amouere. Apprehendit pedes eius. Sed poſtmodum tradens illi filium rediuiuum, in tantum pia hæc creuit reuerentia, vt eum tangere non præſumpſerit, ſed tantummodo pedibus eius prouoluta, illum vt Dei amicum vatemque adorauerit

¶. VIII. Quid mater egerit recepto filio.

4.Reg.4.37.

Quid minus mulier hæc Chriſto faciet? Credamus hoc feciſſe, nec muneri ſuo defuiſſe; Porrò hoc nouimus, quod præſentes omnes non leuis acceperit timor, idemque reuerentialis ad Chriſtum, quem vt verum à Deo miſſum Meſſiam publicè proclamarunt, Deoque gratias egerint compares, quòd iam illis promiſſum dudum prophetam miſiſſet in populi ſui redemptionem? *Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam*. Viderunt hoc oculis ſuis miraculum non vnus, non duo, ſed tota ciuitas, & infiniti alij Chriſti in via comites; itaque manifeſtè viderunt, nullam hic illuſionem oculorum poſſe reprehendi: fuitque tanta huius odoris excellentia, vt fama eius per totam illam extenderetur longè lateque regionem: imo vſque ad caſtrum in quo D. Ioannes ab Herode captiuus detinebatur: atque ex eo fundamentum ſumpſit, cur D. Ioannes diſcipulos ſuos ad Chriſtum deſtinarit legatos. Opus hoc in omnibus affectum habuit ſingularem, vtinam & in nobis. Dominum ſupplices deprecemur vt illud in noſtris renouet animabus, quod ſi mortuæ ſint: ſua illas voce alloquatur: *Tibi dico: Surge*, quia ſurgant rediuiuæ; vitam in hoc mundo incipientes gratiæ, qua in altero per gloriam in omnem beatæ viuant æternitatem. Amen.

SVM-